

Videri alicui potest nimius puniēdo. Certè si dānationē fragilium hominū, perpetuo, & in inferno: palmo metiaris humano, vix te continebis, quin dicas: Malos malè Deus perdit. Igitur male perdet, timenda vox nimium est. Adeō enim in malos sequit Deus, vt nimius videatur: vt male & iniustè perdere oculis humanis appareat. Iuste quidē puniet Deus, quis neget? sed maluit Dñs hac asperrima voce, colonos malos deterrere: malens sibi excessiuę vindictæ notam inuri: quā colonos sibi de impunitate blandiri. ¶ Dicā & illud. Si qui in inferno punitur posset suam pēnā ferrē patienter: si posset cum virtute, in ea miseria quiescere: malos benē perderet Deus. Id est perditio bona esset, nam pēnam tolerate patiēter, licet perditio sit, mala tñ nō est. Sed cum dānati pēnā suam maiore culpa, & rabie exasperēt, & exacuant, perditio mala est: quam nulla virtus, nulla patientia comitatur. ¶ Demuni audi. Vites, infructuosas comburet Deus igne in extingibili: incredibilis pēna vites exuret. Sed malos colonos duplex, imò & centuplex pēna manet, quia & sibi & vitibus fuerunt exitij causa. An nō tibi mala perditio videbitur cētupla: quę etiā simila nimiū intolerabilis esset verē igitur potētes potenter tormēta patiētur.

Sapien. 6. Vineam suam alijs locabit agricolis. Forsan, quia agricoli, qui in Iudea, & Palestina ecclesiā Christianā colebant, fructus non prēstiterunt, vinea caruerunt. Translata. n. Ecclesia est à Palestina, in Gr̄eciam, Egyptum, Africā. Quas nūc vineas desertas videmus, forsan colonorū culpa. Fauxit Deus ne etiā transferatur à nobis. Et certè à quibusdam clericis ablata vinea est, & quibulda religiosis locata: ex quibus ad alios. nunc qui teneant, teneant, donec alij succedant.

Malach. 2. Nunquā legisti. Ergo viatio vertitur clericis non legere, scripturam non euoluere. Scientia enim de illorum ore requirenda est, sed quidam coniuratis animis decreuerunt, scripturam nec de nomine cognoscere.

Psalm. 55. Lapidem quem reprobauerunt ædificates. Vides nō dici colonos ædificatores arte, sed ædificantes actu: non artifices officio, sed exercicio. Vbi ergo sunt qui dicunt: Prēlatos posse non residere: si Dñs dicit, quod manus admotas operi ecclesię suę tenere debeant? quid verō, si manus habeant ecclesię admotas, non ad ædificandū verbo & exēplo: sed ad dissipandū verbo & exēplo? ¶ Vide etiam an nostri ædificantes lapidē approbent, an reprobent? Lapis humi iacuit: à multis conculcatus est. Frigori & ęstui, pluvijs, & gelu erat expositus. (erat enim pastor, qui sicut Jacob frigore vrgebatur, & ęstu.) Vide nunc an Prēlati frigora probent, & ęstus. Vide an humilitatē sectentur & crucem: forsan Prēlatus laudat lapidis abiectionē & vilitatē: sed quod laudat, & probat verbo, id si reprobat exēplo, quid hic ædificabit? altera manu ædificas, altera ædificata destruēs: altera manu telā texens, altera texta re-texens. Porro, quicquid ædificates faciat: tādē

Christus caput efficitur anguli. Caput est quia in summo loco sedet, super omnē principatum. Ephesio. 1. Caput est, quia homines & angelos, vt caput gubernat. ¶ Et gaudet Christus nomine capitatis, vt enim caput licet sit in altissimo loco, non tamē videtur sibi vivere, sed toti. Nō vident oculi se, sed quę corpori necessaria sunt. Aures non sibi serviant sed corpori. Os non sibi cibū seruat, sed in corpus traiicit: ita Christus non venit sibi, sed nobis: nō venit ministrari, sed ministrare: & animam suam dare pro multis. ¶ Quod si Christus Math. 20. vtrumq; parietem antea diuisum in se conectit, quare nunc rāta est inter eos discordia? Si à Dño factum est istud, vt vniuersit gētes & cludej, cur quos Deus coniunxit, separat homo? Christus Math. 19. dissipauit maceriam: vos redificatis? Christus Ephesi. 2. abolevit inimicitias per carnem suam, vos eas instauratis? Mirabilis est vno in oculis nostris: at nunc nō mirabilis est vno in oculis vestris.

CAPVT XXII.

Respondens Iesus dixit.



A R A B O L A H E C
niſi fallor min⁹ aptē quadribit ante Christi aduentū intellecta: quo tempore Deus Filio, & Humanitati nuptias nō fecerat, licet p̄miserat. Qua causa seru⁹ vocates ad nuptias nō videntur fuisse Prophetæ. ¶ Secūdo nec perfecte aptari parabola pōt, ad tépus, quo Christ⁹ nō dū mortu⁹ erat, nec Sp̄itū sanctū miserat. Siquidē ante Christi mortē, & sp̄us missionē nō erat oia parata. Maxima. n. pars regij cōuiuij Sp̄us sanctus est. ¶ Igitur simile est regnū celorū hominī regi, qui répore incarnationis, fecit nuptias filio suo. Sed quia ante prandiū multa parari solēt: maximē cū regiū prandiū est, & p̄ regiā dignitate (vt Assuerus fecit) parādū: hac causa triginata & tribus ferē annis necessaria cōuiuio parabātur. Mortuo verō Christo, & Sp̄u sancto missō, erat iā oia parata. Iūc serui inuitarūt, vt ad prādiū ludēi venirent. Dicētes, venite: Parata sunt oia, nihil nūc deest. Iā primū inspice q̄lis est sp̄sus: qualis etiā sp̄osa. Ille rex, & rex sumus: hæc ancilla est, & vilis. Ille Deus, hæc puluis. Ille sp̄us, hæc caro. Et si rei magnitudinē audes penetrare: intellige qualis despōsatio sit: vt De⁹ suū esse, suā subsistētiā det humanę naturę. Dedit ergo ei suā infinitatē: cōtra verō nostra humanitas Verbo Dei, esse dedit humanū. At ois caro fœnū: vide Isa. 40. quid caro dederit Deo: certè vt laboraret, vt crucifigeretur, & sepeliretur. ¶ Expēde secūdo, quid regē mouerit, vt filio suo: filio sibi equali: filio vñigenito: filio dilectionis suæ. i. dilectissimo: in quo sibi bene cōplacuit, eā sp̄osā cōiungeret: quę vilis, quę pauper, quę vilissimus, & pauperissimus esset cognata: quorū miseriā, nō nisi magno labore sp̄osus sit relevatur⁹. Profecto cōmēdauit hac ratione

Hester. 2.

Genesis. 3.

Coloss. 2.

Math. 17.

Roman. 9. ratione suam charitatem Deus: quod sic dilexe-
Ioannis. 3. rit mundum, ut filium suum unigenitum daret.
Ephesio. 2. Verissime ergo Paulus: Deus qui diues est in misericordia, propter nimiam charitatem, quam dilexit nos, conresuscitavit nos in Christo.
Tertio expende: quod cum Spôsa. i.e. humanitas Christi sit omniū nostrum cognata, sumus nos
Hebræo. 2. omnes illi fratres. Nec enim Sponsus confunditur nos appellare fratres, si fratres nos ille vocat & reuera sumus: igitur diuites sumus in Christo.
In quo benedixit nos Deus omni benedictione
Ephesio. 1. spirituali in cœlestibus. non de pinguedine terræ:
Genesi. 49. Ut Isaac benedictionem dedit filio Esau. non in benedictione abyssi iacentis deorsum, vbetum & vulnere: ut Jacob benedixit Ioseph filio. Sed benedictione spirituali, de ore cœli, de cœlo desuper. vt ipse Jacob dicebat Certè sponsus parcus non est, sed sicut quæ audiuimus à Patre, nota fecit nobis: ita quæ accepit à Patre donata voluit esse nobis. Neque enim bucellam comedere voluit, quin ex illa & nos comederemus, vt Job dicebat. **¶ Quartò** vide: quo rex maior est, eo eius sunt festa maiora. Durauit enim conuiuum Assueri, 180. diebus. At Deo nullus rex maior, nec nullum, rex hic maius festum habuit, quam has filii sui nuptias cum humanitate: vult igitur celebritatem hanc non paucis durare diebus. sed per omnia secula mundi. Igitur usq[ue] ad diem Iudicij prandium nuptiale est. Cui eternitatis cœna succedit. Igitur licet dies ille, quo Verbum caro factum est, iam transierit. cogita tamē esse presentem etiam num. vt Deo reuera presens est. Vocat. n. ea quæ nō sunt, ac si essent. Deo nō transiit, nec igitur nobis trāseat sed intelligam⁹, totū nostræ virtutis decursu esse nuptialis festa. Paul⁹ inquit: **¶ Relinquitur** Sabbatism⁹ populo Dei: q[ua]d sabbatism⁹ durat, donec ho die est, id est, dum vivimus. igitur in Sabbatho sumus, in festo sumus. vita nostra nuptialis & festiva est. His nuptiis te para. te ornata, talem te exhibeto, qualem exhibere dignum est. Soror tua hodie nubit. & regi nubit. & rex vult te ditare, modo idem velis & tu. Maxima tibi vult dona prestare. vt cœlo sis maior. Omnia enim vestra sunt. **¶ Quinto** aduerte: quod licet nuptialis thalamus fuerit virginis uterus, palaciu scilicet regale. At domus regia in qua prandium paratur, tenet plumbum Dei est Sat. scio, totum orbem templū esse Dei. Dicit enim Psaltes: In omni loco dominationis eius, benedic anima mea Domini. quasi diceret. Totus orbis est templum, ubi benedicere Deo licet: sed verò templo speciatim Deo dicatum, domus regia est, nuptialis domus est, ubi festa & conuiua sunt apparata. Vbiq[ue] locorum, Deū per fidem & amorem edere possumus: sed speciatim locus prædio paratus tempore est. Hac igitur cogitatione Christiani armemur. Cū in templū ingredimur, existimemus nos intrare in regiam domū, ubi Sorori nostræ celebratur nuptialis festa: ubi & nobis regalia conuiua sunt preparata. At si festa à Deo nostri causa parantur, mittit

Deus seruos suos, qui in uitatos vocet. hic primū intellige Nemo vocare ad nuptias debet, nisi seruus regis. Ergo peccator tu, qui diaboli seruuses, quare enarras iusticias Dei, & ad eius nuptias vocas. Secundò intellige neminem seruum Dei manus vocationis debete sibi arrogare, nisi mittatur. misit inquit seruos suos, quomodo enim prædicabunt nisi mittatur? Merito igitur Paulus petuò cū scribit, de sua vocatione cōmeminit, dicas. vocatus Apostolus. Et segregatus. &c. Intellege etiā, q[uod] sit prædictoriū munus: Hoc enim explicat textus, cum dicit: misit seruos vocare ad nuptias. Ergo functio prædictoria est: vt intelligent homines, ad se nuptias pertinere: se esse ad nuptias in uitatos. in uitariq[ue], vt edant, & vt diuites fiant. modo vester & ornatū, nuptiis dignū adducant. Demum intelligent: vitam priorē atque festis insumptam. sed postquam in uitati sunt, nuptiis esse insūmedam. Quarò intellige: misit inquit vocare in uitatos. nondū quisquam eos invitauerat, & in uitati vocantur. nam eo ipso quod homines sumus, rationem habentes, invitati sumus. Ratio enim docet nos, non nostrū esse prædiū, nec nostra festa ista terrena: sed Deum esse, ad quem comparandum sumus ante creati. Imò verò apertissimum est, q[uod] si fratres sumus Spôsa, etiam si non in uitemur, in uitati sumus. Ipsa nos enim cognatio inuitauit. & quia plus iusto tardamus: ideo rex seruos mittit, vt pperè veniamus. Eò maximè quod seruorū est, expectare & adesse: non expectari, & vocari. **¶ Sed** in uitati renuēs venire: ô blasphemū, ô phreneticū facinus! pauperes famelic[us] es. tristis. mortu[us] es. vocaris: advitā, ad festa, ad conuiua, ad opes immenses, & renuis. Si saperes, & non vocareris, magnam tibi iniuriā interrogari putares: nūc nō aduertis quantā iniuriā tibi, orbi, & Deo, pditus inferas? Quid inuenisti in nuptiis iniquitatis, q[uod] nō venias? Si bonū & summū bonū animos nostros ad se rapit, cur nō rapit animū in uitatorū? An ne animus noster stupuit? **¶ Misit** rex alios seruos, q[uod] diceret: Tauri mei, altilia mea parata sunt. Igitur conuiuum erat ex tauris, & altilibus. Dubium iam est, qui sunt tauri, & altilia. Et ego credo tauros, & altilia Christum unicum esse: maximè in Eucharistia. Sua debet hac ratiōne. Unicus Christus vocatur agnus, vitulus, hircus, ovis, vitularussa, turtur, passer occisus. & alia multa: Certè quia unicus ipse omnium illorum vim comprehendit. & unicus ipse pro illos omnibus valet. Si igitur unus ipse vim habet multorum taurorum, & altilibus, siue pinguium: ergo ipse est tauri, & altilia. Ut enim manna habuit omnis saporis delectamentum: ita Christus habet omnium sacrificiorum esercitaciam. Et certè illæ taurorum hecatombes, quas Salomon, Ezechias, & Iosias Deo sacrificauerūt, figuram unius Christi referebant. Et intelligo Tauros referri ad Christū secundū carnē. Altilia ad ipsam secundū animā. Dicūtur porro occisa: quia in cruce anima est à carne separata. & ita Christus occisus. Quod igitur,

Ioannis. 6. igitur est aliud prandiu regia magnificentia dignum, quam Christus, qui de se ipse dicebat: Ni si manduaueritis carnem meam, non habebitis vita. **Exodi. 16.** & sicut Deus Iudeis prandum parauit in deserto, dans illis manna: ita & prandum quod Christianis, in hoc mundo Deus parat, manna est, id est, Christus panis vere Angelorum. Ideo Paulus dicit: Habemus altare, de quo edere non habent, qui altari deseruiunt, id est, habemus predium regale, & nuptiale. Si quereras quod? Certe altare Christi. ¶ Item quae nam alia sunt saginata, p. emphasis, nisi Christus? Ipse est pinguis & medullatus. Ipse omni rore celi & pinguedine terre plenissimus. **Genesi. 27.** Ipse in quo omnes thesauri scientiae Dei inueniuntur. Ipse in quo habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. Ipse benedictus de celo de super, & benedictionibus abyssi iacentis deorsum. **Ioannis. 1.** tandem ipse est, de cuius pinguedine & plenitudine nos omnes accepimus, quem mihi sanctum dabis alium omni ex parte pingue & altum, nullaq; ex parte marcentem? Est ergo Christus omnia volatilia, & omnia altilia. ¶ Sed nota: est Christus altilia, sed occisa. itaq; si pinguis in anima es, ideo es ut occidaris, ut mortificeris: viuificatus spiritu, ut carne mortificeris. Holocausta inquit medullata offeram tibi, ergo si medullata & pingua, holocausta sint, quod n. pinguis est, Deo offerendum est. ¶ Sed cur non dixit: Tauri sunt apparati, conditi, in mensa praesentes, tantum dicit: Tauri & altilia sunt occisa? Certe admonuit te, quanto sumptu paratum tibi conuiuum est. **Vnicum enim illum cibum,** quem sibi viuu rex comedebat, ut tibi saperet, occidit. Dicit rex: Venite quia filium meum, ut cibus esset vester, occidioni pmisi. non pepercit nobilissimo vitulo pasquali ut illu vobis parare. Et equide totus cibi apparatus in hoc uno continetur, quod Christus occidatur. Ipsa enim occiso, in amoris igne assatio fuit. Recte ergo dictum est: non comedetis ex eo quicquam coctum, nec crudum, sed assum tantu igni. Non est nostri stomachi tam valens natura: ut viua digerere & cocomquere possit. sed q; alienus assauit calor, hec nobis conuenientia cibaria sunt. Ita assus in amore suo Christus cibus nobis congruus erit. Panis que Elias edit subcinericius est, assus igne, erat etiam subcinericius panis Gedeonis. iam panis noster igne sacerrimo paratus, est: nemo igitur dicat, durus est hic sermo. Neque enim caro cruda, sed assa nobis offertur comedenda. non datur manna Iudeis, carnis crudæ saporem habens: sed gustus eius erat simile cū melle. at simila placenta est, igne assante parata. ¶ Sed re hæc profundius penetra, queris cur tauri & altilia sunt occisa? Certe eadem fuit necessitas, quod tauri essent occisi: quæ fuit, quod Christus esset crucifixus. Paulus inquit: Pontificem nostrum per omnia tentatum, ut potes esset tentatis auxiliari: ita fuit occisus, ut omni morienti posset ferre subsidium. Lassatur Christus, sudat, contumelias afficitur, & flagellis: ut potens sit, lassis, sudatis falloris. simila ac farina inter Polli-
nem, & secundarium, qua ma-
xime nutrit.
Hebreo. 2. Placenta est libigens, ex simila caseo, malle, in fino cocta,
bene fermento,

tibus, probris & verberibus affectis auxiliari: Ita fortis taurus & robustus ligatur, vrgetur, occiditur: ut roboret ligatos, oppressos, occisos. Morte enim sua mortem nostram destruxit: & mortem vitiis & demonibus intulit. sicut Samson, qui mortiens hostes suos perdidit. ¶ Mortalis hominum natura non nisi mortalem cibum edit. Dicit ergo rex: Mortales, en mortalibus cibus, taurus occisus: edite. Edere non poteratis Deum viuentem in secula. Deum ultionum. Deum exercituum. Deum Psalm. 93. terribilem, & qui auferit spiritum principum, terribilem super reges terræ. (Dicunt enim: Bethsamitanæ, quis accedere poterit ad Deum sanctum istum? Certe nihil mirum. Cornua enim in manibus eius, ibi abscondita est fortitudo eius,) si ad terribilem accedere taurum veremini, num verebitini, ad ligatum, ad oppressum, & occisum accedere? ¶ Demum Gentiles participes fiunt demoniorum, 1. Cor. 10. quando de idolothitis edunt, id est, quando edunt de tauris occisis, qui demonibus immolabantur. Ergo Christiani si vultis participes esse Dei, edite de tauri vestro occiso: Deo aeterno in holocaustum immolato. Parati sunt igitur tauri, & altilia, edite. taurus comestus, efficiet vos robustissimos tauros auis pinguisima comesta, pingues animas vestras reddet. Reddet enim vos participes Dei, reddet vos deos Deus ipse comestus.

Porro vas in quibus tauri hi, & altilia nobis edenda proponuntur, sunt septem Sacramenta. in Florent. quibus nunc Christi robur continetur, sanguis, merita, pinguedo, sapor celestis, & reliqua, regio, apparatu dignissima. Parati sunt ergo cibi: parata & vasa, gratiam continentia. parati & ministri qui haec nobis ministrant. Parati enim sunt Pontifices & Sacerdotes, reliquus etiam clerus. An non ministri tanto conuiuio digni? Sed conuiuij architriclinus Spiritus sanctus est. Certe si conuiuator Deus est, si sponsus Deus, si etiam cibus Deus, an non & conuiuij moderator erit Deus? Est ergo Spiritus hic autor pacis inter conuiuas. Autor letitie, & gaudij nuptialis. Autor & doctor reuerentie in conuiuantem, in cibum, in donum & in vasa. O vere regale & Deo dignum conuiuum. Vbi omnia diuinitate redolent: vbi sunt omnia diuina. O verbum omnibus seculis absconsum, Omnia sunt parata. Paratus Deus conuiua. Deus cibus. Deus architriclinus. Vasa diuina. Quid si tantum taleque conuiuum negligis, aut contemnis: quos non ignes patieris?

Sed multi negligunt. abit aliis in villam, scilicet in rus, & agrum suum. aliis vero in negotiacionem: aliis duxit uxorem. Profecto rusticatio licita est. Dicitur enim, ne oderis opera laboriosa: & rusticationem, quam creavit altissimus. Posuit enim Deus hominem in paradiso: ut in eo operaretur. Itidem negotiatio licita est. Dicitur enim: gustauit, & vidit: quod bona sit negotiatio eius. Et Apostolus non prohibet, quin homines emant. vult tamē, ita emere, ac si non possideret. Id ipsum de re uxoriadicit Paulus: qui filiam suam locat benefacit.

Ecli. 7.

Genes. 2.

Prouer. vii.

I. Corin. 7.

Ibidem.

Ephes. 2.

ne facit. Cur igitur si hæc tria bona sunt; hi dicuntur conuiuiū neglexisse, qui illa tria exercebāt? Certè ratio est, quia licet bonū sit rus, & bona negotiatio, & bona vxor: ita tamen hominis animū implicant, ita curis obruunt, ut facile animus his implicatus abducatur à Deo, diuiniq; obliuiscatur conuiuij, nā quimodo fero re seculi trāctat: seculi, non Dei cōuiua videtur. Ideo Paulus dicit: qui in agone cōtendit, ab omnibus se abstinet. Et Dominus: Cauete, ne grauētur corda vestra ebrietate, & curis huius seculi. Et Iacobus: q amicus est huius mūdi, Dei inimicus cōstituitur.

Corin. 9. Rursum Paulus: qui habent vxores tanquam nō habentes, qui emunt tanquam non possidentes, qui vtuntur hoc mūdo, tanquam non vtantur. Ac si diceret: bona est res vxoria, sed cauēda, bona negotiatio, sed periculosa, bona rusticatio, sed curis & labore plenissima. Idem subindicit Ioánes cū dicit: quicquid in mundo est, est concupiscentia carnis (rem vxoriam non nihil attingens) cōcupiscentia oculorum (possessionum & agrorum cupiditatem innuens) & superbia vitæ. quæ maximè in negociatione notatur.

Quod verò hi negligentes, cōtumeliis, & morte Dei seruos affecerunt, duo nobis indicant. Cōstantiam scilicet prædicatorum, qui vñq; ad contumelias, vñq; ad mortem homines ad conuiuiū vocantes perdurant. Alterum verò est, quod sit prædicatoris munus. Non enim est pacē semper populo nūciare. Nō est populum beatum dicere, non est sordidum parietem palearia facie celare: non est puluinos sub omni cubito, & cervicalia capitibus supponere. Si enim hoc esset prædicare, nunquam prædicator ad contumelias, vel morte veniret.

Vbi inuitati venite negligunt, imo opprobriis & morte afficiunt Dei seruos: tūc Rex irascitur, & maximo sanè meritò: vt q videat, se, seq; a mātem, & se ita amantē conténi: Sponsum spōsamq; despici: & tam insigne conuiuiū, tantoq; sumptu preparatum reiici. Mittit exercitus, perdit homicidas illos. Audis homicidas solos occisos: sed cū subdit: Et ciuitatem illorum succedit igni: facile colligis, & vxoratos, & qui villas emerant, & negotiatores omnes, ad vnum exterminatos. Licet ira potissimè in occisores defeuierit. ¶ Expende nunc, missis exercitibus. Itaq; rex summus, (qui

Psal. 102. auertens faciem, omnia turbat,) mittit non vñū, sed plures exercitus: (est. n. Deus exercituum) contra vnum misellum hominem: qui folium est, quod vēto rapitur. O miserum homilum, quem vñus angit pulex: quem vna rapit febricula: quē vñnox insomnis frangit: quid faciet, cum multis contra se viderit exercitus? Cū armatos cōtra se viderit dæmones: inferorum ignes: niuium frigus: pœnarum perpetuitatem, iram Angelorū, Dei furorem, & omnem creaturam pugnantem contra insensatos: quid faciet cum videat armatas cōtra se suas cogitationes, curas, affectiones, membra, & totum se contrariū sibi, factumque si-

bī grauem: Pugnant contra eum bona quæ fecit, & quæ non fecit. Mala quæ fecit, & quæ nō fecit. Bona quæ accepit, mala quæ sustinuit, gloria sanctorum, tormenta misericordiæ quoquo se verit, omnia contra se pugnare animaduertit. Sanè viuenti, exercitus beneficiorū Dei illi ministrabant: nunc exercitus tormentorum contra illū deseuunt. ¶ Expende aliud: Ciuitatem illorum igni succedit: Cur ergo querimus, quod tot malis morborum, famis, & misericordiæ opprimimur? Tolle neglectores Euangelij, tollet Deus exercitus vastantes. ¶ Item expende: Deum iratū nō fuisse, contra primos: quibus nihil de tauris occisis dictum est. Ea enim ignorantia Dei furorem mitigabat. At vbi opes Euangelicæ, & beneficia Christi nobis aperiūtur: tunc negligere, Dei cōtra nos excitat vindictam. Vt ita contra ciuitatem nostram sequiat: vt sequit olim Saul contra Nob̄. Vt Iosue contra Hiericho.

Vidēs Dominus paucos esse, qui tā lauto fruātūt conuiuio nolens interim sua perire: (nam dixit: colligite fragmenta ne pereant,) iubet seruis suis: vt ad exitus exeant viarum, & inde quos inuenient vocēt. Locus hic referri ad prædicatores potest, & ad inuitatos. Prædicatores iubentur ē ciuitate exire, extra urbē septa egredi. Certè in ciuitate omnia tractantur humana. Lubētur ergo exire à rebus humanis: à modo vitæ humano, à modo loquendi, intelligēdi, & volendi humano. Vt viribus fidant diuinis, nō humanis. vt sermo. ¶ **Corin. 2.** sit non in persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis, sed in doctrina spiritus. Qua ratione Baptista prædicabat in deserto, & Dominus in deserto prædicare solebat. Iam quod subdit. **Quos inuenient vocare.** Indicat non esse deliciosam prædictoriara functionem: sed laboriosam. Vix enim inueniūtur vocandi, nisi lachrymis, ieiuniis, & oratione prædicatorum. ¶ Sed si ad inuitandos locus hic referatur, locus est difficilior. Cur enim ex viis: non ex villis, & oppidis voceotur? Et quomodo in viis tot reperiantur, qui impleant locum nuptiarum? Primum intelligi posset, ite ad exitus viarum, id est, ad initia viarum. Solēt enim viles homines maximè extra ciuitatem, ad initia viarū inueniri. maximè apud Iudeos, qui sua negocia in portis ciuitatis exercebant. Ita dicitur. Sapiētia foris prædicat, in plateis dat vocem suam: in capite turbarum clamitat, in foribus portarum urbē profert verba sua. At fores portarū initia viatū sunt, vbi homines tūc esse solebāt. ¶ Nunc audi mysteriū. Viæ publicæ sunt mores humani: per quos omnes ex Adā nati, decurrūt. Mores humanos intelligo, cupiditatem honoris, diuitiarum, delitiarum. Finge nunc prædicatore coram se mille auditores habere. Habet quidem mille in viis suis currentes, & ambulantes secundum desideria cordis sui. Si ex his aliquis ad nuptias venturus est, prius extra viam suam, debet cōstitui. De. n. quē vocat: exercitat, illuminat, inflamat, iustificat, hec nō sicut in via. Abducit Deus, eum.

Jerem. 6.
Isaie. 3.

Ezechi. 13.
Ibidem.

Isaie. 6.

Job. 13.

Job. 24.
Sapien. 5

Genes. 12. eum qui erat in via, extra viam, ad exitu vię, ut
 ad cōuiuiū adducat. Abducitur extra viā Abraham: cū educitur de terra sua, & cognatione sua.
 Cantic. 3. Et sponsa nō inuenit Sponsum in via, sed paululum cū pertrāsisset viā ciuitatis. Et Dñs illuminaturus cōcū, apprehendit eius manus, educens
 Marci. 8. eū extra vicū. ¶ Igitur Dñs cū aliquem trahit (p
 prædicatore) ad Christū, extra antiquos mores
 educit: in eoq; statu constituit, qui finis sit vitæ
 humanæ, & initiuū diuinæ. Is. n. qui vetus erat hō,
 quiq; incipit esse nouus, priorē i. prophanā finit
 vitā, nouā i. diuinā incipiens. ¶ Nec illud est tacē-
 dū: quod textus dicit. *Congregauerunt omnes*, quia
 vocatio Euangelica est ad cōgregationē, ad vni-
 tatem, ad pacē. est. n. ad cor vnu, & animā vnam.
 2. Corin. 1. est, vt idipsum oēs dicant & sapiāt. est, vt charita-
 Roma. 12. tem fraternitatis diligent., est, ad vinculū pacis.
 Psalm. 67. Et vt vnanimes in domo Dei habitemus. ¶ Addit
 textus: *I mpletæ sunt nuptiæ discubentium*. Sed hīc
 Isaiae. 9. impletur illud. Multiplicasti gentē, sed non ma-
 gniſicasti latitiā. Nec n. lætatur Dñs in multitu-
 Eccli. 15. dine filiorū sceleratorū Itaq; Ecclesia nunc Chri-
 stianis plena est, discubentibus repleta est. Verū
 Roma. 9. non oēs filij, non omnes obediūt Euangelio, nō
 Roma 10. omnes quaē vnitatis, & pacis sunt sectātūr. nō oēs
 Threno. 1. quaē sursum sunt, querūt. est ergo sola ciuitas, cū
 sit plena populo. ¶ Quid verò monstruosius, quaē
 Ioannis. 6. nuptias plenas esse discubentibus, nec tñ eos qui
 Exodi. 16. discubunt, edere? Habēt regias corā se dapes, non
 Ierem. 24. edunt tñ cū tamē norint, qd̄ nisi edant, morien-
 tur. Sed allia, & porros, ollasq; Ægyptias queri-
 mus. Manna verò nauisam nobis mouet, vt
 pote qui eibis leuissimus sit. Calathum igitur
 sicuum malarum, non verò bonarum ample-
 etimur.

Intrat verò rex in conuiuū, vt videat discubentes.
 Est. n. solēne in scripturis, tunc dicere qd̄ Deus
 intrat, cū facinus aliquid insignius designaturus
 est. Ita iuit ad vñdendū, an clamor sodomorū ita
 esset: vt ad ecclū ascēdebat. Certē non egebat vi-
 dere, sed quaē facinus insigne erat facturus, vide-
 re pergit. Significabat etiā, iudicē non debere cō-
 tra scelerā inflāmari: & sceleratos punire: nisi vbi
 tam certa sunt testimonia, quē ipsam rē vidisse te-
 stentur. Intravit etiā Dñs in ciuitatē, cū templū
 purgare volebat. intravit in castellū: cū contem-
 plationē erat magnificatus, & actionem appro-
 batus. Sic intrat nunc, insignē miseri hominis
 vltionem executurus. nec. n. adeo erat miser fe-
 riendus, nisi à rege videretur. ¶ Iā adverte: Vidi
 inquit hominem. En culpa prima. In diuino cō-
 uiuio, vbi Deus est autor conuiuī. Deus spōsus.
 spōsa diuina & omnia diuina. Cur miser diuiniſ,
 hominem iniuristi? Eo ipso quo, ē via ad prādiū
 abductus es, hominē exuisti, Christū induisti. vt
 iā nō es es hō, vt reliqui homines sed velut Christus, velut Deus. Cur igitur Christū exuisti, quo
 induitus eras de nouo: & pannosum sordentēq;
 iterum vestisti hominē quē exueras? Ante voca-
 tionem hō eras amo & bellua eras. ferri id. poten-

rat, dum eras in exitu viarum. at vbi vocatus es,
 exuisti Adam terrenum, data est tibi veste nū-
 ptialis Adamicē! estis. Exuisti tunicatua, quo-
 modo rursum illam induisti? Lauisti pedes, quo-
 modo illos rursum inquinasti? Iam si culpa est,
 quōd homo inuentus sis: quāculpa fuerit, si bel-
 luia inueniaris? Sed forsan cum dicit: inuenit ho-
 minem, eo verbo omnem miseriam innuit. est. n.
 vniuersa vanitas omnishomo viuens. ergo si in-
 uenit hominem, vniuersam inuenit vanitatē. vi-
 de si cōuiuio, vbi sunt vniuersa diuina, cōueniat
 homo q; est vniuersa vanitas. ¶ Vide verò, quod
 non certa quadam hora intravit rex, sed ex tē-
 pore. Vigilate itaque. quia qua hora non putatis, Mathēi 24
 introibit rex: & nudo dicet.

*Amice quomodo buc intrasti, non habens vestem nu-
 ptiale?* Multa se nobis offerunt dubia. Primum
 cur vocat amicū, eum qui inimicus est. eum quē
 tam acriter est puniturus? Secundum: Cur dicit:
 quomodo intrasti, an non erat quadratius requi-
 rere, quomodo hīc discumbis, non habens vestē? Non. n. intrare sine veste erat inuerecundiæ tā-
 ta, quantæ recumbere. Tertium cur misero da-
 tur vicio, quōd sit sine veste: quam tamen non
 dum fortè acceperat? Nemo enim veste hanc
 de se habet, nisi ei data sit desuper. Si igitur data ei
 non est, cur crimen est eo carere, qd̄ non erat illi
 concessum? ¶ Ad primum: ille vocatur amicus,
 licet nudus: quia frater est sponsi. quia frater est
 sponsæ. quia reliqui cōuiuæ sunt illi cognati: quia
 eius gratia Deus epulum instituerat. & quia si pē-
 nituissest, & non obmutuissest, verè amicus esset.
Gracis verò loco verbi Amice, socie dicitur: qd̄
 verbum, vehementē nudo pudorē incusit. Cur
 nudus es, quem sociū sponsus habet in humani-
 tate? quē domus hæc & conuiuū socium fecit?
 qui iam nobili societati socius esse voluisti. Si ini-
 micus veste nuptiali caruissest, sustinuissest vtiq;
 at tu homo socie, qui mecum dulces capis cibos, Psalm. 54.
 qui in hac regia domo mecum ambulas confi-
 déter. Vocatio mea te mihi sociū fecit, fidei pro-
 fessio, sacramentorum usus. Ecclesiæ cōmunitas:
 vnius diuinæ naturæ cōsortium, (non in natura, 2 Petri. 1.
 sed in gratia) hanc tantam & tam firmam socie-
 tam vnius vestis reiectio disrupta, quomodo
 ergo cares veste? ¶ Ad secundum id dicendū, nō
 solum regis iniuriam esse, quōd sine veste discu-
 bas, sed etiam quod sine veste introeas. Ante ianuam,
 & in ipsa ianua, veste carere iniuria nō est.
 Baptismus siquidē ianua est Ecclesiæ: ante baptis-
 tum verò, & in ipso baptismo nondum gratiam
 habere, & nondum Christum induisse, commune
 est Baptismus enim veste hanc non solum cō-
 tritis, sed attritis etiā donat. Post ingressū verò p
 Baptismi ianuam, iam non licet sine veste, coram
 rege comparere. Est vestis tibi concessa pretio-
 siSSima. Magno sumptu texta est. Lota est in san-
 guine agni. grauissima est iniuria illam amittere.
 eo presertim, quōd ea veste amissa, necesse est lu-
 ctuosa veste: amo & demoniaca, & infernali vestiri.
 Vido

Vide, an cōgruat luctuosissima vestis, solēnissimo & diuinissimo conuiuio? Recte dictū est: **Veſtimentū mistū sanguine erit in combustionē, & cibus ignis:** quia parauulus natus est nobis. A tēpore: n. nuptianum paruuli cum gēte nostra, iam vestimento sanguine resperso, vt non licet. Si n. yellere meo agnus se vēstiuīt, neq; quod assumptis dimisit: iustum est, vt quē Christum egaia-
dū, nunquam dimittam. **Igiuntiam fecisset David**

Regū. 18 Ionathē. Regis filio: si quam ille vēstem Davidi dedit, & à se abstulit, David cōtēneret & reiice-
ret. Si decor noster totus est in vestitu deaurato, nobis a rege concessō, cur cū p̄dæmoniacō cōmutamus? ¶ Ad tertiu respōderi potest: Non vi-
tio verti misero illi, quōd sine vēste fuisse in se-
pibus, inq; exitu viarum, sed quōd vēste in ipso
luminis ingressu ipsi donatā, nō cōseruauerit, sed
amiserit. Quōd si etiā vim verborū expendimus,
crimen miser hic admisit, quia per baptismū in-
grediens, non se illi idoncū p̄sttitit, vt vēste nu-
ptiali amiciretur, indicatur. n. hoc loco, esse quos
dam, qui ex quo baptismum acceperunt, nunquā
in gratia extiterunt, acideo nunquam vēste nu-
ptiale habuerunt. Cū igitur sit facillimum vī-
tute Baptismi vēstem nuptiale accipere, crimi-
ni datur huic misero: qđ impenitēs, & iniquus,
ad baptismū accesserit: ac ea causa, vēste recu-
sauerit, quā illi aqua baptismalis largiebatur. Ca-
ueant igitur qui ad baptismum accedunt, ne sine
prioris vītē p̄nitētia, & nouā desiderio, ad rem
tantam accedant: aliōqui vēste nuptiali carebūt;
& timor est: ne quā semel in baptismo nō acce-
punt, perpetuō non accipient. Quōd si crīmē est
ingredi sine vēste, quantū erit manere in domo,
vensari, discumbere, perseuerare? Coniice etiam
magnitudinem conuiuij, in quo sine vēste re-
periri, tanta pōena punitur.

Nudus vero obmutuit. O si nudus hic verba illa
Acolasti dixisset, peccauī, in cōlū & corā te. Non
sum dignus vocari filius tuus. o si cum publicano
pectus percussisset, o si cum Maria retro succede-
ret, & pedes Dñi lachrymis rigasset. Sed obmu-
tuīt. sic Adā & Heua non ad penitētia, sed ad ex-
cusationis verba pdierunt, perinde ergo fuit, ac si
tacuissent. Sic & Cain licet loqueretur: tacuit tñ.
¶ Verum si ad tempu. Iudicij extremi, & mortis
cuiusq; verba hēc referantur: iam tempus nō est
p̄nitendi, sed obmutescendi. quid. n. dicet, cui
tot monstrantur Dei bñeficia, tot ab eo impensa
auxilia, tot instituta remedia. toties Deus conté-
ptus, toties violata sacramenta: quid dicet is qui
caret vēste nuptiali, qđ Deus autor cōuiuij, spon-
fus, sponsa vasa, & omnis apparatus conuiuij illi
donabāt: & eū, vt acciperet, rogabant: ¶ Sed Deus
etiā si nudū oculis suis videat, non condēnat tñ,
donec spaciū illi sit respondēdi. Ut iudices nem-
inem inauditū condēnent. ¶ Traditur nudus ille
ministris. Satis huius miseri indicatur in cōlicitas
hoc vīco verbo, quōd tradatur ministris. Satis
indicauit Christus suę passionis acerbitatē, cum

dixit. Ecce ascēdimus Hierosolymā & filius ho-
minis tradetur principibus sacerdotū i. relinquet
Pater eū, vt libidinē suā in eo expleat illi, iā vide
qđis passio fuerit, agni iter, rabidos lupos & leones
adē cogita de misero nudo iter furētes dēmones.
nisi qđ hēc maior passio est, vt quæ ab hostibus
acerbioribus, crudelioribus, potētioribus, & ve-
nenatioribus erit. Ut igitur intrare in gaudiū Do-
mini res est omni cogitatione maior, ita tradi-
mētris in sero: ures est omnē intellectū exū peras.
¶ Explicatur tñ hēc res vtcūq;. Ligāt ministrū nu-
di manus, & pedes. Intellige dānatorum manus
adeo stupescere, adeo torpere: ac si fortissimis
vinculis essent obligatæ, nec n. immerito, dānati
dicūtur in fasces colligi, & in ignē mitti. Id vērō
intelliges, si aduertas dotes agilitatis in corpore
glorioso, intellige totū contrariū in corpore dā-
nato. At sicut in corpore beato dotes corporis
pcedunt ex donib; animæ quia dotes corporis
indicat gloriā animæ: quo sit, vt agilitas corporis
ex agilitate animæ pcedat ita & vincula corporis
dānati, ex vinculis animæ p̄gredūtur. Potē-
tia, n. animæ infalib; ligatæ sunt, vt nihil boni
agere possint. Vide miserū spectaculū hominis,
qđ nec intus, nec extra potest quicquā facere, qđ
velit. Sapienter igitur dictū est: pluet super eos la-
queos, ignis, sulphur, spūs pcellarū pars calicis
eorū, quia iustus Dñs. Pluet ergo Dñs laqueos in
manus dānatas, in pēdes, in oīa mēbra exteriora:
in sensus exteriores, & interiores, in intellectū, in
voluntatē. o spectaculum infelix! Pura te videre
fortissimū Jeonē: eūq; grauissimē famelcentē.
habeteq; escas præsentes, quas quia fortissime li-
gatus est, contingere nō possit. ¶ Quid vero in-
quit: Mittite in tenebras exteriores. Sic intellige.
Tenebras faciet sulphur, & spūs pcellarū dicitur
in Isaia: quōd in inferni nutrimēta sunt ligna mul-
ta, & ignis. & qđ flat⁹ Dñi, erit sicut torrēs sulphu-
ris succēdēs ea. necesse verō est fumū esse, vbi li-
gna sunt multa, (quæ forsan sunt corpora dā-
natorū) & vbi torrēs est sulphuris succensus. Te-
nebras igitur facit fumus, sed exteriores faciet,
qđ tenebræ illæ nō sunt nostris similes. exterius
sunt: extramūdū istū. sicut lux gloriæ non est si-
milis luci terrenæ, sed exterior est, multo iucun-
dius exhilarās hominē, qđ quecunq; lux corpora-
lis, ita tenebræ illæ erunt exteriores, grauius offen-
detes, qđ palpabiles illæ Ägyptiæ. Sed tenebræ ex-
teriores signum erunt grauiorū tenebrarum: que
erunt in mēte dānata. sicut in beatis, lux exterior
erit signum beatissimæ lucis interioris. ¶ Ibierit
fletus. Nasceretur fletus hic ex acerbissimo dolore,
qui etiā lapidea dānatorum corda in lachrymas
resoluat. erunt, n. in inferno nō fēminæ sole qđ la-
chrymas habēt in parato: sed erunt viri rusticissi-
mi, qui flere in vita non poterāt at in inferno fle-
bunt. nō qđ ibi erūt lachryme, sed erit tātu, do-
lor, vt cuius etiā fortissimo lachrymas excute-
ret Stridor dentiū, qualis in accessionib; febrieti-
b; coingere solct. Intelligis ergo frig⁹, intelligis
corpo

Iob. 24. scis sofo. Pro jobi. explicatione. corporis disperasiam & in temperiem. Si verò fri-

gus est, initium febris erit, transibunt n. ab aqua-
niuum, ad calorem nimium. Est ergo status ille,
hominis grauissimo in orbo in corpore correpti,
& grauissimo dolore in animo pistrati. *Tunc ele-
hi.* Videlicet, quia homicidæ occisi sunt, ciuitas
exulta. soli inuitati sunt, in viis forte inueni. Et
ex his multi vestem proiecerunt: Ut est in nostro
Christianismo videre. Sed attende obsecro. Ex

Deutero. i. Runci. Sec. 1. omnibus qui Aegypto exierunt, solus Iosue terrâ
promissam ingreditur. At ex omnibus inuitatis
(quantum hac hystoria præ se fert) unus caruit
veste nuptiali: & ideo à terra, immo à regno Dei in
tenebras exteriores eiicitur. Quid vult parabola
ista? Ex Hebreis unus seruatur: ex Christianis unus
periclitatur. *Respondeo.* Utinam solus esset unus,
qui ex Christianis periret. Iá enim certi essemus,
quod nullus damnaretur. Siquidem ille unus, vt
Iudas, iā scimus quod perditus sit. At Zacharias

Zacha. 13. Hebreo 7. Hebreo 9. vix unam partem dicit seruari, nā reliquæ inquit
dispergetur & deficiat. Quid, hinc igitur unus pe-
rit solus, illuc unus seruatur solus? Certè Status
ille legis antiquæ neminem ad perfectum addu-
cebat, quantum erat de se neminem iustificabat.
Ideo in eo vix unus dicitur seruari licet ex gra-
tia Dei multi seruarentur. At status gratiæ om-
nes saluat, quantum est ex se.

Tunc abcuntes Plarisei.

*V*T illi Pharisei conuenerunt, ut IESVM
caperent in sermone ita nūc pharisei quidā,
in nihil aliud intendunt quam vt miserum præ-
dicatorem, pauperemq; theologū capiant in ser-
mone, quam vero sit horum grauis iniqitas, vel
ex Dei, in loco isto furore cōiicias. Vix enim in-
uenias Christum tam grauia verba dixisse, quam
nunc. Quid me inquit tentatis hypocritæ? quibus
verbis quatuor illis crimina obiecit. Primum quod
essent hypocrita. quibus nunquam non inelamat,
vñ. Id vero vitiū longissimè à Christiano, & ma-
xime religioso pectore, abesse deberet. In aliis se-
ctis locum habeat: in Christianitate locum non
habet. Falsitas enim lögè à veritate debet dista-
re. Adoratores vero querit deus, qui adorent eū
spū & veritate. Secundo obiecit, quod essent tē-
tatores. quod nomen, & munus, diaboli est. Terti-
tio: Cur tentatis me? Beneficium, innocuū, prædi-
catorem, medicum, & viuificatorem vestrū? at
quod Prædicatori Christi fit, Christo fit. Et sanè
nihil hos ad tentandum exagit, nisi luciferina su-
perbia, & inuidia rabiosa. Quartò quid tentatis
quā causam asserre potestis, nisi animū pditi si-
mū? Proponut isti verba mollita sup oleū, sed
ipsa sunt iacula. & arbitror illos prophetasse: (si-
Ioannis. 11. c. 1. Caiphas) ut verba dicent, quibus illaquea-
rentur, licet iprudētes. Fatemini Christū esse ve-
ratē, ergo fatemini esse Deū. Est n. solus Deus ve-
rax, & omnis hō mēdax. cū n. hō sit totū esse,
sed habeat plurimū de nō esse: quātū illi ex esse
deficit, tantū de veritate deesse fatemur. At Deus

vt solus est totū esse: ita solus est veritas. Vere
er, o celū & terra: sed nō verba mea, trāsibūt. Cę-
li. n. non sunt veritas. sicut Deus est veritas. *¶ 1. Ioannis. 15.*
Dicunt: Viā Dei in veritate doces. igitur fatemini Deū esse. Docuit sanè Moses viā Dei, sed in figu-
ra. in figura. n. oīa cōtingebat eis. Mahomet dor-
cuit viā diaboli. Philosophi viā naturę: viā certe
Dei: sed, vt erāt homines, viā Dei mille falsitatibus implicatam docebant. Cur id tādem? Certè
quia Deū nemo vidit vñquā. at vñgenitus, sicut
solus Patrē nouit: (nemo. n. nouit Patrē nisi fi. *Ioannis. 1.*
lius) ita solu viā Patris in veritate docere potuit. *¶ Math. 11.*
Dic quiste docere poterat viā ad cœlū: nisi q; de
cœlo descenderat. igitur si viā Dei certo, & sine
errore docet, Deus est. *¶ Id vero quod addūt: Nō* *Ioannis. 3.*
est tibi cura de aliquo, significare videtur. quod
nulla re indigeat ac ita, quod nihil illi desit. quod
enim nobis deest, id curamus eius curā habem⁹.
at cōtra qui sibi sufficit, nullius curā habet. Et sa-
nē hebræi vocat Deū. Sadai. i. nullius indigētem,
sed sibi sufficientē. & equidē nullus rei curā ha-
bere fœlicitas summa est. Curæ. n. sunt que vitam
nostrā reddūt in fœlicitē. Recte. n. Maro. curas in
interni vestibulo collocauit. Ergo nullā curā ha-
bere diuinū potius est, quā humanum. Quis. n. est
nisi stupidus, qui non aliqua cura tagatur: si non
temporaliū, certè aeternorū. Ergo si Christo non
est cura de aliquo: nullū malum habet, nullo bo-
no caret. Deus igitur est, qui honorū nostrorum *Psalm. 14.*
non eget. *¶ Quod vero inferūt, & personā homi-
num non accipis. argumentū pfectō diuinitatis*
maximū est. quia apud Deū nō est acceptio per *Autor. 10.*
*sonarū qui personā regis nō accipit: qui mori ni-
hil timeret, Deus est: vel multum de Deo habet:*
Eliseus nihil veretur personā regis Iorā. Curita?
quia (vt ipse dicit) in conspectu Dei stabat. Ergo *4. Reg. 5.*
personā nō accipere, Dei est principaliter. Ab eo
vero viris piis id donū, sicut & reliqua, cōmu-
cantur. Vides ne Phariseos diuinas Christo lau-
des, licet imprudentes obtulisse? Audiamus quid
velint. Licet ne censum dari Cæsari: quæ qua-
stio etiā diebus nostris queri solet. An. s. ex con-
scientia teneamur tributa pendere Regibus? Ad-
ue te igitur quisint qui querant. Sunt. n. Phari-
sei (i. illius temporis religiosi.) & quia socij isti
Sacerdotibus erāt, credibile est adfuisse nonnullos
de gente Sacerdotali. Certè ex Marco id cō-
stat: hos Phariseos, vice Sacerdotū ad Christū ac-
cessisse. quare responsio Dñi ad Religiosos, & Sa *Marci. 12.*
cerdos spectat. Cū ergo dicat, reddite quæ sunt
Cæsaris Cæsari. videbitur prima frōte, ex hoc Do-
mini respōso, religiosos, & Sacerdotes non esse à
vectigalibus liberos. Cuius cōtrariū decreuit Bo-
nifacius octauus in c. quāquā de Censibus lib. 6.
asserens Ecclesiasticos, liberos a vectigalibus es-
se, nō iure solū humano, sed etiam diuino. Caius
causam Glosa notauit. quia Sacerdotes olim Æ-
gypti liberi fuerūt à cōditioe vectigali. & Sacer-
dotes etiā Iudei, liberi etiā erāt: vt Esdras pñu-
tiauit. q; rē vt à iure diuino manatē Alexāder. iiiij.
constituit

*Clerici.
Soto. 4.*

*Genes. 47.
1. Esdras. 7.*

constituit. vt videlicet, Ecclesiæ sua immunitate gauderent. c. i. de immunitate Ecclesiarum lib. 6. Facile quis nodum hunc dissolueret dicens: Hoc Domini respōsum, datū solis Pharisēs, qui erāt religiosi, nō verō Sacerdotib⁹. quo circa, ex verbo Domini Sacerdotes nō sunt vēctigales, sed soli religiosi, qui Sacerdotalem vitam non habent. Sed non est animus in quæstionibus his immorari. Et si enim iure diuino, nō haberemus textū, qui eos à vēctigalibus liberaret, satis sunt humane leges. quæ immunes eos reddiderunt. ¶ Sed ex Christi responsione dubia quēdam oriuntur. Primum si tributum debetur Cæsari, num illi debet dari, etiam si ipse non petat. Sunt enim pluri-
mi, parati quidē tributa exactoribus regū pen-
dēre, si exigant. Et quia nō exigūt, idcirco à so-
lutione desistūt. At verō si ita tributū regis est: si
cūt est numus aut vestis, quā ego alienā habeo:
necessario reddi debet, etiam non petenti, etiam obli-
to. ¶ Secundum dubiū est: Hoc argumentū
videbitur Dñs fecisse. Cuius est (inquit) imago?
Si Cæsaris: reddatur ergo numus Cæsari. Atqui
argumentum nō valet: Sunt enim aquad me nu-
mi regio signati, non tamē pīnde sunt re-
gi reddendi: cum mei, non ipsius sint. Tertiū, qđ
ex secūdo nasitūr, dubium est: quē nam sunt illa
Cæsaris, quæ Cæsari reddenda sunt. Vt enim non
omnia Deo reddimus, licet omnia ipsius sint: ita
nec omnia Cæsari reddenda sunt, cū nō sint eius
omnia. ¶ Ad vltimū dubium primo loco respon-
dere libet: & quidē non erat facile dicere, quæ nā
sint Cæsaris iura. Sed Deo gratia, qui p Samuelē
regni iura monstrauit, tunc videlicet, cum Saul
erat regno inaugurandus. ea videre licet. I. Reg.
Regū. 8. At in summa ius regis est, vt alatur à regno: &
alatur im pompa regali: tum vt ei regnū submi-
nistret, omnia quæ necessaria fuerint, & ad bella
gerenda, & ad pacem conseruandā. ¶ Vnde & ad
secundum dubiū responsio patet: Argumentū n.
Domini efficacissimum est: eo supposito, qđ Cæ-
sar tributum exigebat ad iustitiam exequendā,
pacem tuendā, bellum gerendum, splēdorem
regium seruandū. Si dicas: quid vero si id Tiberius
petebat, ad suos luxuriosissimos sumptus?
Fuit enim ille libidinosissimus, idemq; pfusissi-
mus. responsio est: quod cum rex quid postulat,
nec de causæ in iustitia constat, ei obediendū est.
Pr̄sumitur. n. in dubio, sancte & iuste petisse. Er-
go argumenti vis, & efficacia est. Quod Tiberius
rex vester sit, cui dexter perspicitur, ex numi cur-
rentis inscriptione. Nec enim numus valere solet
in regno, non regis signo percussus. Quod vero
causa sit iusta ad petendū: vel cōstat, vel in dubio
reditur esse iusta, reddēdus est ergo illi numus.
¶ Ad primum vero dubium: ex Summīstis pe-
tenda responsio est. Id tamen certò scio, quod
si petatur census à rege, negari illi non potest.
(nisi de iniquitate constituerit.) Id etiam scio. mi-
nimè, fraudib⁹, dolo, vel dissimulatiōe posse nos
viti, nec celsus nō petatur. Id etiā intelligo, quod si

viri pīj nō credunt subditos, ad offerēdum certū
quendā censum arctari, qđ nō tenebūtur ipsi p
se offerre. Legum, n. efficacia ex pīorū vīsu depē-
det. At si vīsus esset, vt vēctigalia offerrēt subie-
cti, nō dubito quin nō offerēs peccaret. ¶ At hū-
quid Cæsar liber est? Si subditi sua illi reddūt, an
nihil & ipse reddet? Certē rex coronā habet, sce-
ptrū, & gladiū. hēc reddere populo debet. reddat
caput suū omni virtute coronatū. reddat se pī-
cta pace subiectis gratiosum. perfecta vindicta
hostib⁹ terribilē. Dicere plebs suo regi potest. dic
ō rex hēc corona, hoc sceptrū, hic gladius, cuius
est: imago? Profectō, corona, virtutis: sceptrū, iu-
sticie: gladius, bellicæ fortitudinis. Hæc igitur &
Deo, & tuo populo redde. crede coronā, sceptrū,
& gladiū: populi habere sculptā imaginē: vt hēc
populo, quē populi sunt reddas. nec. n. sine causa
in pectore, & humero pōtifex habebat populū Exodi. 39.
designatum.

Dicam, iā de Deo: cui q̄ sua sunt, Christus reddi
iubet. At oīa Dei sunt, nū ergo oīa Deo redde-
m⁹: certē Dñi est terra, & plenitudo ei⁹. Om̄i sunt psalm. 23.
cardines orbis terræ. Meus est inquit orbis terræ. I. Reg. 2.
& iure. Si. n. ipse fecit nos & oīa, iure creationis Psalm. 99.
sui sumus, sua sunt omnia. num igitur omnia illi
reddemus: nihil nobis, parētibus, amicis & Cæsa-
ri relinquemus? ¶ Memor sum, in lege veteri Do-
minū ita cōstituisse: vt si Iudæi Deo primogenita
sua tribueret, Deus illis reliquorū liberum relin-
queret dominium. Quo fortē fit, vt si nos nostra
Deo tribuamus spūalia primogenita, reliquorū
ferē liberū habeamus vīsum. At primogenita red-
dere, hīc opus, hīc labor est. ¶ Primogenitus no-
ster est ille amor, ille affectus primus, grandis, fi-
delis, integer. hunc redde Deo, nā hūc maximē à
te exigit Deus, sic. n. dicit: Diliges Dñm Deum Deuter. 6.
tuum, ex toto corde, anima, memoria, fortitudi-
ne, viribus tuis. & rursus: fili pībe mihi cor tuū Prouer. 13.
& itē: si charitatē nō habuero nihil sum. ¶ Si hūc 1. Corin. 13
tuū affectū Deo reddideris, oīa, crede, illi dedisti,
dedisti ei cœlū, terrā, Angelos, imo & Deū Deo, si
fas est dicere, dedisti, rogas quomodo? Planē ex
Gregorio habem⁹, qđ hō est oīs creatura Daigi Homil. f. c.
tur te, & omnē creaturā dedisti. An non omnia, 13. Marci.
etiā Angeli homini ministrāt? quid an non ipse
Deus fatetur, se hominis esse ministrū? Atqui dat Mathe. 20.
se alicui, dat etiā illi, quē cūq; sibi ministrāt. da igi
tur te Deo, & Deū Deo, (ablit verbo inuidia) &
oīa Deo tribuisti. ¶ Ita Christus ad Patrē: Tu in-
quit misisti me, & que cūq; habet Pater, mea sunt. Ioānis. 16.
redit se Patri filius. dicens: Nunc ad te venio. at Ibidem.
reddēs se, reddit quē accepit. Sic planē, Deus no-
bis subiecit omnia. si nos Deo reddimus, omnia Psal. 8.
reddimus. implemusq; mādatū Dei, reddite quæ
sunt Dei Deo: Fecit Deus flumē omniū creatu-
rarū, quod valido impetu in hominis obsequia, Eccles. 1.
quasi flumina in mare intrarent. si nos Deo red-
damus, flumē illud, velut alueus Iordanis in suū Iosuē. 3.
redit principium. O verō quale flagitium: si flu-
men hoc nō in Deum, sed in diabolū corriuetur.

Dicamus

Suetonius
in illius vi-
ta.

Tributa

Dicamus id rursum: Non petit à nobis omnia Cæsar, sed quæ sua sunt imagine sculpta: ita Deus non à nobis omnia petit, sed ea vbi sua refulget imago. At licet in omni creatura similitudo deitatis cospiciatur, in sola hominis anima, Dei imago resplendet. Hanc igitur anima secundum intellectum, & voluntatem, Deus à nobis requirit. Ut sicut Cæsar defendit, eos, qui censum tribuerint: ita & Deus defendat, & seruet eos, qui mentem suam numini dicarint. ¶ Vide verò: Imago Cæsaris nemo impressa, res mortua est. Imago Dei anima impressa, viua res est. At viua Dei imago Deus quidam est, scilicet intelligentis, volens, immortalis, Dei capax, orbis rex. Sed deturpauit homo hanc diuinitus sibi impressam imaginem. Venit Christus, & deturpata longè felicius reparauit. Quid enim aliud hominem perfectè pium esse credas, quā Deum terrenum, siue terram diuinam? Nos inquit Paulus: gloriā Dei speculantes, in eandem imaginē transformamur, scilicet in imaginem Dei, qui est Christus. Christus enim imago Dei, nos 2. Corin. 3. Christi. Vt enim q̄ videt Christū, videt & Parrē: Ioannis. 1. ita qui Christianum perfectum videt, Christū ferre videt. Est Deus inuisibilis: at in Christo visibilis factus est. Christus ascendens in cœlum, iam non in se videtur, videtur verò in perfectis Christianis. Quæ fecisset, dixisset, cogitasset Pater: hęc cogitauit, dixit, fecit & Christus. iam qđ dixit, fecitq; Christus. hęc facit pfectus Christianus, Opera enim quæ ego facio, inquit, & ipse faciet, & maiora his faciet. An non vides Dei imaginē per Christum reparatam? Qui ex Adam (si persistit sset) nascerentur, imaginem Dei intactam reciperent modo tamē quodam naturali, scilicet per generationem naturalem. At qui in Christū renascuntur, imaginem Dei recipiunt pulchram, modo supernaturali: surgit enim noua creatura, in baptismo. Nascitur noua creatura p Eucharistiā qualis nā creatura? Nū nouū cœlū aut Ange lū nous? Minimè, sed sicut nouū in terra Christus ita nouū in orbe pfectus Christianus. Est igitur per Christū felicissimè Dei in nobis imago reparata. ¶ Quid ergo exigit à nobis Deus? Certè vt ei redamus anima nostrā, hac Dei & Christi imagine insignitā. Nam & ideo, character in baptismo impressus nobis est. Hac deitatem nobis impressam dæmonitu ne subiice, sed glorificate, & portate (inquit) Christum in corpore vestro. Si dedit se tibi Christ⁹, tu redde te Christo. & redde te quēdā Christum, quantum te illi reddideris per amorem: tātum te in ilsum conuertes per unionē gratię & charitatis. Est n. amor cōuersius, cōuertit amātē in id qđ amat, vt igitur ita Deus dilexit hominē, vt efficerit hō: ita aequū est, sic nō Deū diligere, vt dijquidam efficiamur. Recte Paulus in Christū p amorē conuersus inquit: vivo ego: iā nō ego, viuit verò in me Christus. Recte & ipso admonet: vt q̄ viuūt, iā nō sibi viuāt, sed Deo. Porrō cū in iudicio, nos Deus interrogauerit,

Cuius est hęc quam habes imago? Reddidisti ne imaginem mēa mihi! Induxisti ne imaginē dia-
boli, super imaginem Dei! Quis tam horrenda vocis: imo ingentis fulminis fragorē queat per-
ferre? O vos quibus diuina imago & violata, &
fœdata est, nunc nunc eam reparare contendite,
ne vos vox illa perterreat. Pœnitentiæ lachry-
mæ sunt: quæ fœditatem, & fôrdes detergunt:
Eucharistia & vſus eandem imaginem splendori &
nitoris restituit. Ad hęc sacra venite ne vos horré-
da illa execratio (ite maledicti) apprehédat. Tūc Math. 25
certè Christus equus iudex, reddet cuique sua. Si Math. 25
imaginē affertis Dei, reddet Deus quæ sunt Dei
Deo, reddet semideum perfecto Deo. Ideo enim
dicit: Intra in gaudiū Domini tui, vt videlicet sit 1. Corin. 25
Deus omnia in omnibus. At si imaginem affertis
diaboli, reddet vos diabolo: cui vos prius dede-
ratis.
Domino respondente: reddite quæ sunt Dei
Deo: omnes mirati sunt. Quid ni mirarétur, cum
tota vitę nostrę ratio, ex illo responso depédeat:
& cum mirabiles ex eo nascatur effectus? Primū
enim hinc nostra manat prudentia. Si enim mū-
dus, caro, diabolus, aliquid nobis offerunt. si sa-
pimus, dicturi sumus. Cuius est hęc imago? Si dia-
boli, si peccati: reddamus illam peccato, dæmoni,
non verò anima nostræ. Si quid verò offertur sā-
ctum, ac pium, quęre cuius est imago? Si virtutis,
si Dei, atq; piamus: vt Deo quod suum est offera-
mus. Sitribulatio si angustia, si demum crux: no-
bis offertur: & illa non unagine Christi sola, sed
ipson. et Christo est insignita: eam amplectamur,
vt Deo optantireddamus. Amplectemur verò, si
per patientiam Crucis Christi configamur. At si Galat. 3
impatiētes sumus, caueamus: ne diabolo tribua-
mus. ¶ Rursum si infelicitate diabolo tribuisti,
ad thronum gratię Christi accede, cum fiducia.
Dicito ei. Domine, cuius nam est hęc, quam mihi Hebræ. 4.
appressisti, imago? Si tua est, quia est: redde eā ti-
bi, non est hęc oratio leviculi momenti. Certè,
horum ille de cęlo in terram descendit: vt fœda-
tam in nobis imaginē repararet, etiam non à no-
bis rogatus: quid putas faciet, hac ratione pre-
dictus? An nō ille dicit: Ego feci, ego feram. Si ergo Isaï. 46.
Domine tuę in me Christianitatis imaginem in-
sculpsisti, refice quod per me defecit. ¶ Adde &
aliud. Cūm pauperē vides plagis, & vulneribus
fœdū, si vībīcībus hūidū: id tecum reputa. Cu-
ius hęc est imago? An nō est Christi in Cruci pē-
dantis? An non est Christi, amore nostro languē-
tis? quod si ei vīscera miserationis aperueris, red-
didisti Deo, imaginē suam. Similis factus es Chri-
sto miseras nostras dolenti. Similis factus es
Deo, qui ex misericordia languores nostros ipse
tulit, & dolores pse portauit. ¶ Finge tunc litem
esse inter auaritiam, & misericordiam. Iubet il-
la numeros recondi, iubet hęc in pauperem collo-
cati: in ea lite Deus est iudex. is dicit: Cuius est
hic pauper imago? Certè Christi Redde ergo
quę sunt Christi, Christo, queris quę sunt Christi?
Profecto

Profecto est misericordia. Eius enim proprium est misereri, reddere ergo Christo in paupere, misericordiam. ¶ Eandem litem esse existima inter Angelos & diabolum. Diabolus rapit peccatorē, volens eum esse suum. Angeli eundem optarent esse suum. Accedat tunc peccator ad Christum, ostendens ei animam, eius imagine insculptam & dicat: Dñe cuius est imago hęc? Si tua est, & tu dixisti, vt reddatur cuiq; suū: tu qui potens es reddere, reddere tuum tibi. ¶ Ne graueris & illud audire. Inter misericordiam, & iustitiam Dei supervno peccatore littem esse crede. vult iustitia peccatorē inferno dare. Est enim proprius infernus peccatori locus. Habet siquidē peccator diaboli, bestię, & inferni characterem. At misericordia contendit, reddendum peccatorem Deo. In quam re euincendam offert Deo detinatum aureum, id est Christum in Cruce pendentem, sanguine rubentem, vibicibus liuidum. quæ insignia erant peccatorum nostrorum. Est enim Christus in Cruce fixus, non peccator, sed peccatoris imago. Habet enim luores quos nostra peccata meruerūt. Dicit igitur misericordia, Domine cuius est imago hęc in filio tuo sculpta? an non est peccatorum? reddere igitur peccatoribus Christū. o si in hac contentione misericordia vincat! ¶ Demū illud addam. Cum tentamur: contētio est inter vitium, & virtutem. Vitium dicit: An hiceat anima hanc (velut censem) vitio, mundo, carni, aut dēmoni dare? esto tu in eare iudex. Dic: cuius est hęc imago huic animæ impressa? Si Dei est, cur dēmoni aut vitio tradas? ¶ Nō te prētereat, quod Deus fucatā faciem vidēs, eamq; nō agnosces, dicet. Cuius est hęc imago? & quia superbie, vanitatis, & frequenter libidinis est: verendū erit, ne dicat: Detur hęc imago, ei cuius est: Detur dēmoni. Ipse enim rex est super omnes filios superbie. Contenti esse debueramus facie nostra: est hęc facies extima, intimę imago faciei, & per vultum extēnum, de interno iudicamus. Est igitur facies nostra imago animæ: at anima est imago Dei, est ergo facies extima etiam & ipsa quadātenus Dei imago, licet remotè: quis verò est, qui non facie Dei contentus esse debeat. Meminerimus, faciē Christi in cruce, faciē fuisse Dei.

Apocal. 16.

Isaie. 53.

Iob. 49.

Genes. 2.

Isaie. 53.

2 Corin. 7.

At non erat illi aspectus neq; decor. 10 Non libet prēterire, quod viri deuoti, pīque dubitant frequenter: an sit seruendum proprio corpori, parentibus, patrię, cognatis & amicis? & quia se Deo dicarunt, (sicut olim Pharisæi) iudicant nō esse censem seculo dandum, nō carni, non amicis. At Dominus dari seculo, quę sua sunt iubet. Illa videlicet, quę seculi hadent imaginem. Inter quę sunt, delicię, diuitię, honores. Transiunt hęc cum seculo, & seculi necessitatibus inseruiunt, iecū seculi habent appressam imaginem. Omnia siquidem temporalia sigillū temporis habent. Vanda ergo seculo sunt, ex Christi sententia, quę seculo necessaria sunt, id est, quę seculum necessario exigit. Ut enim

Cēsar non tibi omnes corradit numos: sed eos quos si non dares, turbatio nasceretur, & scandalum, ita ea seculo trade, quę si non tradis, seculo turbas, & exagitas. Reddis Cēsari, quę suo iure illi debentur, reddere etiam seculo, quę illi iure debes. Vtinam reliqua Deo redderes. Redde igitur superiori obedientiam: maiori honorem: parentibus pietatem: amicis benevolentiam: cognatis egentibus subsidium. Nec Deū te defraudasse suo debito existima. Imò si hęc seculo propter amorem Dei exhibueris: id Deo totum exhibitū certō scias. ¶ Ultimo id admōnendi sumus: quod quia Christiani, inter omnes creature, speciali ratione sumus Christi, ideo reddamus nos Christo. Id verò maximē sacerdotes & clericos respicit. Hī n. sors Christi Psalms 15. sunt, & hereditas: & quorum Dominus est pars hereditatis & calicis: à quo speremus nobis restituendum, quod pro eius amore relinquimus. Qui eius sumus charactere insigniti: imagine s. regis nostri. Si imago Dei nobis appressa est, reddamus nos Deo. Speciatim etiam hęc vox ad monachos clamat. Monachi enim per votum solēne Deo se tradiderunt. Iam ipsi se interrogant, cuius nam hic habitus est imago? certè hominis mundo defuncti, Deo traditi. Redde igitur te o religiose Deo, alienum te exhibe mundo. Ita ergo Deo ministra, sicut ministri regū, regibus ministrare solent. Speraq; ab eo, non viueas & oliueta, vt olim ministri Saulis. Sed spe- 1. Reg. 8. ra Deum, qui se tradet tibi, multo fœlicius, quā tu te illi tradideras.

In die illa accesserunt.

QVOD Moses mandauerit semen defuncto fratri excitare, latiss. offert explicandi campum. ¶ In primis videtur Moses sibi consuluisse. Sciens enim se moriturum sine liberis: id est, quod lex tua neminem iustificaret: sicut dem ex operibus legis, non fit salua omnis caro. Galat. 3. Si enim per legem iustitia, Christus gratis mortuus esset. Vidēs igitur Moses, sibi semea nō na- Eodem, sci, legem sanxit: vt frater suus qui est Christus, sibi defuncto semen suscitaret. Quod verò Christus frater dicatur Mosis, ipse ait. Prophetā inquit suscitabit Dns de fratribus tuis. At quod Christus excitarit semē fratri, id est, Hebreis: in de colligas, quod Christus fideles effecit: quos Paulus filios Abrahę appellat, & ideo Petrus Christianos recēs factos, dicit esse filios prophētarū & testamenti. Sunt enim Christiani veri Iudei, & vera circuncisio, & veri filii Isaac. Ut Paulus asseuerat, in spiritu s. nō carne. ¶ Hic adverte, quod si Christus coniungitur Ecclesiæ, ergo Moses & eius lex iam mortui sunt. Translato. n. Sacerdotio, necesse est, vt legis translatio fiat. Hebræ. 7. ¶ Porro cum Deus dicit: Sacrificium & oblationem noluisti, aures autem, &c. apertum est Deū voluisse: & mortē legis antiquę, (cuius sacrificia Psalm. 39. non vult) & nuptias viri sequētis, id est, Christi. ¶ Demum,

- Genes. 22.** ¶ Demū, cum dicitur Abrahæ, in semine tuo benedicentur oēs gentes, non de semine naturali, id intelligas. Christus enim non propagatur ex semine naturali, sed ex Spiritu sancto.
- Mathæ 1.** Sed alteram accipe huius loci explicationē.
- Duplex vir** Anima nostra dupli vita viuere potest, quasi dupli viro nupta. Prior est vita terrena, carna-
lis, animalis. Altera spūalis, cœlestis, diuina. Vt nam moriatur vita prior sine liberis. i. sine fru-
Galat. 5. tibis carnis. Si enim renunciasti satanè & pom-
Colos. 3. pis eius: si vita tua absconsa est cum Christo, cor-
pore inrerea mortificato: an nō dices, virū prio-
rē sine liberis defūctū? Quid tū lex iubebit: cer-
tè, vt secūda vita, cū anima viduata, nubat. o fe-
licem virorū cōmutationē! Siquidē viro primo
viuente, nupsit hō sibi. Imò nupsit diabolus ho-
mini: at in secundis nuptiis, iungitur Deus ani-
mę. & licet videatur maritus secundus, nō carni
fructificare, sed spiritui: at profectō nunquā ca-
ro, ita sibi fructificat: quā cum spiritu gubernat.
Spiritus. n. qui nunc mortalia corpora mor-
tificat: idem, mortificata excitabit in vitā eternā,
in delicias, opes, & diuitias: quas caro nūquā sibi
fructificare potuisset, nec ista, solum in alia vita,
spiritus parat carni: sed & in ista similiter. Vbi. n.
Galat. 5. pax, gaudiū, & iubilatio iocundior, quā in carne
per spiritū defuncta: quin & opera quę spiritus
Psalm. 83. facit, caro sibi arrogat: vt quę sic spiritus cōsors.
Pænitentia squide, & patientia, naturaliter ex
spiritu nascuntur: sed legaliter carnis esse vide-
mus. Quid verō si quis relinquat vxorē, & libe-
Mathæ. 19. ros: an non centuplū accipiet: certè relinquens
filios suos, videbitur sine liberis defunctus. Sed
vbi ei nascuntur centū alijs spirituales, an nō me-
lius suæ carni fructificauit: Demū. Si vides Chri-
stum in cruce pendente, iudicabis eū sine liberis
defunctū. Oēs enim relieto eo fugerunt, ast vbi
resurrexit: humanitas vita viduata priore, vitæ
nupsit eternę: quę multos filios produxit. Vedit
Isaiah. 53. enim semen longeuū. hi porrò filij, morientis
Christi semen dicuntur. Siquidē ex latere Chri-
sti, in cruce morientis, ecclesia genita est.
- Tertia explicatio sit.** Viuimus, huic seculo, velut marito alligati. Vtinā cum seculum hoc nobis morietur, sine liberis moriatur. i. si ne secularibus vicijs, & vanitatibus. Si cum ego moriar, vicijs seculi caruero: certè seculū defunctū erit sine liberis: & seculum eternum iūgetur mihi, dabitq; eternitatis opera: quę in albō & catalogo seculi defuncti censemuntur. Prēmia enim eternitatis, merita fuere seculi prioris. Reddet, n., cuiq; Dominus iuxta opera sua.
- Quarta explicatio dura est.** In hoc seculo Deo nupsimus misericordi. Si verō impia anima est, liberis ex hoc viro carēs: cū caro morietur morietur etiā ei misericors Deus. Christo misericordi succedet ipse, Christus vindicta, iustus terribilis. Huic alligabitur misera anima, nō ad vitam, sed ad vindictam. Ideo excitabit iram, vindictam, tāquam semē fratri defuncto. Incre-

dibilis enim erit dolor, quod Christo misericordi abusi simus.

Sed agedicamus de Sadducea quæstiōe. Ro-
gant illi, cuius erit ea vxor, quę septem viris nu-
psit? ¶ Magna fœlicitas est, quod septē mulie-
res apprehendant virū vnum: dicentes panem
nostrum comedemus. Tamen id à te volumus
vt nomine tuo, velut umbra tegamur. Contigit
fœlicitas hęc, cum multorum discipulorum erat
cor vnum, & anima vna. Apprehenderunt enim
tunc nō sole septem, sed animarum vniuersitas,
virum vnum, id est, Christum. Et contingit etiā
nunc, quando desideriorum nostrorū vniuersi-
tas, vni Christo copulatur. Idq; tam sine spe tē-
poralis premij, vt facile quisq; sua alijs distri-
buat: Id enim est dicere, panem nostrum come-
demus, id est, parati sumus, non solum nō que-
rere nobis temporalia tua, sed optamus dare ti-
bi etiam nostra. Igitur fœlicitas est vni Christo
hærere. ¶ Infœlicitas verō esse iacipit, cum
prior nobis vir moritur. & secundo copulamur,
omnis enim ab vno defectio misera est. Qua ra-
tione sancti dicuntur, Deum nō benedixisse diei Genes. 1.
secundę: secundū enim cadit à primo. ¶ Quod
si secundo viro copulari miserum est: quām erat Ioannis. 4.
Samaritana infelix, quę quinq; viros habuerat,
& quę tūc habebat, suus nō erat! quinq; viri illi.
quinq; sunt sensus, & intimi & extimi. Sunt illa-
boum iuga quinq;, ob quę miser ille inuitatus ad Lucc. 14.
nuptias non venit. Iam miserū erat quinq; viros
habuisse, sed ad cumulum misericordiæ pertinebat,
quod, quem virum tunc haberet, suus non esset.
Si enim mundo inservisti, nūc verō Christo, cer-
tè quinq; viros habuisti, sed quę nūc habes tuus
est. At si dæmoni etiam nunc seruis, ea demum
vera miseria est. ¶ Quod si quinq; nuplisse vi-
ris, miserum est: quām misericordiæ esse putas, viris se-
prem nuplisse: miserū id planè: sed frequens ijs
maximè, qui resurrectionē cū Sadduceis negat.
horum anima, non septē solū, sed vniuersis vi-
tijs subiacebit. Vir animę tuę amortu⁹ est. Vt. n.
vxor viro suo viuit, parit, seruit. Ita & anima ei Roman. 7.
quod amat. Si igitur resurrectionē futuram ne-
gas, liberè nunc vnu, nunc aliū amore anima si-
bi despontat. At miseri mudi amores, liberis ca- Roman. 9.
rēt, & fructu. Quem. n. fructū (inquit) habuistis,
in ijs, in quibus nunc erubescitis: solus. n. amor
Dei, (vt natus ex ipsa fœcunditate) fœcūdus est:
ceteri amores, si fructificant, spinas fructificant: Hebræ. 7.
igni, non cœlo dignas. Seculi amor, fucus est, fo-
lia non fructus habēs. Si verō sine fructu, & post Mathæ. 23.
multos amores anima tandem in fine vitę inue-
niatur, nullius amoris erit: tota enim dolori, nō
amori mancipabitur. Sed si Christo placuerit, vt
ē terra promissionis septē nationibus depulsis, Deuter. 7.
(velut septem seculi amoribus) suum ipse tibi
amor instillet, anima tua referet à Christo fru-
ctum, atq; ideo Christi eris. Quām verō cauerat
Deus in Deutero. ne quis fidelium, filiam suam Eodes.
alicui ex illis nationibus septē copularet. Scic-
bat

Lucez. 7. bat, malo nostro futurum: si animam nostram, alicui seculi amori penitus subderemus. Et arbitror septem illa dæmonia, quæ Christus ex Maria deiecerat, septem illos fuisse seculi amores, quibus sese Maria subdiderat.

Audi & hoc. Primus vir quem Christiani à baptismo ducunt, est innocentia, puritasq, vita. Si hic in nobis moriatur, crede cum sine liberis mortuum fuisse. Mortificantur enim quœvis bona opera, si gratia moriatur in nobis. Si igitur status innocentie moriatur: lex Dei iubet, ut succedat status pœnitentie: quæ suscitet liberos, per morte prioris innocentie mortificatos, & ita est. Omnia enim opera per peccatum mortificata, per pœnitentiā viuificantur. Dices: quid si hæc pœnitentia prima moriatur? certè & ipsa si moritur, sine liberis (ut prior innocentia) moritur. Sed succedat pœnitentia secunda, & tertia. Væ porro animæ si contingat defungi munere vita, viris omnibus suis iam mortuis. id est, væ si contingat ea in peccato, sine pœnitentia, & sine fructibus pœnitentie à vita recedere. In resurrectione siquidē nullius erit. Si enim Deus non est, nullius est. Nullius certè boni est. Sed redeo ad Domini responsum.

resurr. Respondet itaq;. Erratis nescientes scripturas, neq; virtutē Dei. Ita planè nullus error est, qui ita fuditus euertat scripturas, ita Dei virtutē abijciat, ut error negantiū resurrectionē. Siquidē finis legis & scripture est Christus: at si resurrectionē non est, nec Christus etiam est, nec eius gloria est, ad quam toto nisu nos inuitare contēdit. Si resurrectionē non est, tota Christianitatis machina suo pondere ruit. Ruit & tota fabrica legis veteris, quæ vnicè Christianismo fundamenta iaciebat. Sanè Paulus inquit locum illum psalmi. (Quibus iuraui in ira mea, si introibunt in requiem meam) intelligi non posse, de requie terrena. Si enim de ea intelligeret, iam erant in eam requiem inducti. Quomodo ergo iuratur, quod non essent inducendi? Vnde colligo si locus ille non intelligitur de requie corporali, sed eterna: loci igitur similes de æterna intelliguntur, at nulla est requies eterna Sadduceis, igitur perit Sadduceis scripture. Idem contendit Stephanus probare, de Abraham, cui Deus terram promisit. At si temperalem intelligebat, nec passum illi terrę dedit. Quid contendō, error Sadduceorum non euertit modo sacras scripturas, sed & euertit omnes omnium legum scripturas. Si enim mortalis anima est, nihil Deū faciam. & quæ erit in Deum pietas: in homines fidelitas. Hæc planè ratio Deum cogeret, animam facere immortalem: ne lasciuitem animæ libertatem, sine lege, & sine iugo, & sine præmio bonorum, & pœna malorum, relinqueret. ¶ Euerit etiā hic error virtutem Dei. Vbi nota: Satis equidem ostensa est virtus Dei, in mundi creatione. Sed omnibus sanctis confessum est, multo magis ea ostensam, in peccatoris à peccato excitatione.

At quia Christus sua excitatione à mortuis, efficit: non vt unus peccator, aut alter: sed vt quotquot vellent, à mortuis resurgeret, ideo summa Dei virtus in Christi resurrectione mostata est.

Vt enim in Adam omnes moriūtur: ita in Christo omnes viuiscabuntur. Paulus inquit: Deus, qui diues est in misericordia, cum essemus mortui peccatis, conuiuiscavit nos Christo, & conresuscitavit, & consedete fecit in cœlestibus, an non summa hæc potentia & virtus Dei fuit? vide catenam hæc. Quia Christus surrexit, eo surgente surreximus & nos tunc, id est, data est resurgendi facultas tunc. Inde fit, ut resurgamus à peccato nunc. surgente anima à peccato nunc, surget in iudicio corpus. Hæc fecit virtus Dei in Christi resurrectione: quā si negat Sadducei, negant & Dei magnam illam virtutem. Quā admiratur Paulus dicēs, ut sciat quis sit supereminentis magnitudo virtutis eius in nos, qui credimus secundum energiam potentię virtutis eius, quā operatus est in Christo, suscitás eum à mortuis. Vbi vides, eadē potentia Deum, Christum suscitasse: & fecisse, ut nos cederemus, & per charitatem à mortuis liberaremur. Summa Dei fuit potētia, carnem Christi mortuam excitare. Eam in cœlum extollere, ad dexteram suā collo cate, omnia illi subiecte, nosq; simul cū Christo excitare (vt Paulus docuit) & in cœlestibus dare confessum. Rectè ergo Dominus: erratis nescientes virtutem Dei, per quam declaratur Christus esse filius Dei. Paulo dicente: qui prædestinatus est, (græci habent, qui declaratus est filius Dei) in virtute, ex resurrectione mortuorum.

¶ Si non nihil rimari libet huius egregiæ virtutis, expende quod sequitur. In resurrectione, inquit, neq; nubent, neq; nubentur, sed sunt sicut angeli Dei. Magna certè virtus, quæ mortalia corpora, immortalia reddit, imò cœlestia, imò velut angelos Dei. Ut igitur angeli sunt subtilissimi, agilissimi, impassibiles, in cœlo regnantes: ita erunt & corpora nostra. An non grandis hæc virtus, & digna, quæ emphaticos, virtus Dei, hoc loco dicatur: expende angelorum conditiones, & illas resurgentibus tribue. Imò & tibi Virginē sacram exhibemus: quæ non sicut angeli Dei, sed maior sit omnibus angelis Dei. O verè beatos qui resurgent: vt in quos Deus benefaciendo, potentiam suam sit ostensatus. Ostendet enim illis diuitias gloriæ suæ. Ut ait Paulus, & Ioánes inquit. Charissimi, nunc filii Dei sumus: sed nōdū apparet quid erimus. Scimus, quia cum apparuerit, similes ei erimus. Non ergo solū filii Dei, sed Dijqui- dam erimus.

Vltimo Dominus Sadduceorū errorē cōfusat: quod Lucas copiosius differuit: dicēs. Quod resurgent mortui, Moses ostēdit, cū dicit. Dñm Deū Abraham, Deū Isaac, Deum Iacob. Deus aut non est mortuorū, sed viuorū: omnes. n. illi viuūt. Hic locus haec tenus de animabus sanctorū expositus est: nescio tñ, an sit de corporibus ser- tij me. **De corpore** 69 expomi-
soto 40. d.
43. 97. 1
2. fol. 39
m. 3. 95. co.
2.

deus abra mo. Tunc virgés, quomodo corpora sanctorum
sam mortua nō sunt? Ita sane; quia non est mortua
vidēc soto puer, sed dormit: mortua erat profecto, at non
t o . e t . mortua, sed dormiēs dicta est: quæ erat surrectu-
Ioannis.21 ra. si militer Lazarus dormit: licet esset mortu⁹,
Job.7. quia tñ erat surrecturus dormire dicitur. Ita A-
braham Isaac, Jacob, nō mortui dicuntur, sed dor-
mitentes. vt pote surrecturi. Ergo ex vnu. s. litera-
rū, non dicuntur pīj mortui, quia sunt victuri. Er-
go resurrectio corporū erit. ¶ Vide obsecro, li-
cet corpus Christi in sepulchro mortuum esset,
vita humana: mortuum tñ non erat Deo. Nam
Verbi diuini, erat illi corpori substantialiter
vita: ita & ego existimō, corpora piorū licet de-
functa, Deo tñ viuere: quia sicut animabus san-
ctorū Deus vnitur per gratiam: ita & eorū cor-
poribus adest per specialem assistentiā, quā mi-
racula à corporibus piorum cedita facile tñtatur.
Habet n. Deus specialē & amorem, & curā cor-
porū piorum: qua ratione viuere dicuntur.
¶ Adde & illud, Deus dicitur Abraham: quia A-
brahā coluit Deum. Nec ob id solum: sed quia
Abraham habet speciale ius in Deum, vt Deus
Genes.15. sit eius. Ita n. dicit ipse ad Abraham: Ego prote-
ctor tuus, & merces tua magna nimis. Et sēpe di-
cit: Si seruieritis mihi, ero vester Deus. Ut igitur
Leuiti.26. operans habet ius in mercedem suā: ita & pīj in
Autor.2. Deum: viuūt igitur pīj, polsidebuntq; eorū cor-
pora Deum. ¶ Adde etiam. Petrus dicit Christū surrexisse à mortuis, solutis doloribus inferni: iuxta quod erat impossibile, teneri eū ab eis.
Osee.13. Nec enim infernus vim habet eos tenendi, qui Deo iuncti sunt. Si ergo Abraham, & Isaac, Deū habuere sibi coniunctū, non potuit eos infernū tenere. Igitur eos De⁹ excitabit, vt fruātur eter-
Deuter.30 nitate, qui Deo se copularūt in tempore. Rectē igitur dicit Dñs. o mors ergo ero mors tua, & morsus tuus inferne. Liberat n. à morte, & inferno, eos qui se pietati addixerunt. ¶ Adde. 4. Cū dicitur Deus Abrahā, non ita intelligas: vt cum dicitur, Deus terrę, aut cœli. Sed ita Deum esse Abrahę, vt est Pater filij, spōsus Iponsq; vir uxoris: & ferè vt est anima corporis. Nam Moses dicit: ipse Deus est vita tua, & longitudo dierum. Si ergo ipse est vita nostra: & ipse est vita eter-
Ieánis.17. na, æternitatē suis pr̄stabit. Id. n. orauit Domi-
Genes.5. nus. Oro Pater. vt vnu sint, sicut ego & tu vnu sumus: vt igitur filius à patre non diuellitur, ita nec pīj à Deo suo. ¶ Adde. 5. dicitur in Genesi, Ambulauit Enoch cum Deo, & non apparuit: quia tulit eum Deus. Igitur ferre secū Deus pios potest, vt Enoch tulit. Ratio verò quare istū tulit, erat: quia ambulauit cum Deo. Signū igitur habent, qui cum Deo ambulauerint, quōd eorū animas & corpora secum olim feret Deus.

Pharisei audientes.

PUlcherrimo fine suascū Phariseis Dñs dispu-
tationes absolvit. Nā priori disputatiōe docue-
rat futurā hominū resurrectionē, & angelicā eo-

rū in cœlo conuersationē. Ita verò disceptatiōe docet: quā vnica via, hēc cōuersatio, & vita beata cōparari possit. Videlicet duobus, hisq; maxi-
mis mādatis, Dei. s. & proximi dilectiōe. Ita par-
erat: vt qui de cœlo descenderat, vitā cœlorum **Ioannis.3.**
ostēderet: & qui in terris cū hominib⁹ conuer-
sabatur, modū docerer: quo terrestrib⁹ via pa-
tēret ad cœlū. Ex his iā agnoscis pondus, magni-
tudinēq; dubitationis, quā Christo Pharisēus p-
ponit. Fuit. n. dubitatio hēc. Quod nā est māda-
tū quod si impleuero, Deo placeā, faciāq; satis:
adeō vt si in alijs negligentior fuero minus mi-
hi sit criminī dandū: quodq; si non impleuero,
etiam si reliqua exequar, Deo non sim placitu-
rus: vt qui minora confessatus, maiora negligā.
Qui excolás culicem, camelū deglutiam: folia
habēs, fructibus caream. O vos igitur appello,
monachi, clericī, laici, qui circa exteriora opera-
versamini: vestra hīc agitur causa. Dubitatio
Pharisei ad vos spectat. Vide etiā atq; etiam,
an & responsio pertineat. Vide etiam diligatis! Si
non diligitis, legite caput sequens, & vitam ve-
stram acu pictam inuenietis.

Respondet Dñs: Diliges Dñm Deū. Hoc mā-
datum maximū est: maximē à Deo requisitum,
maximē à nobis curandū, maximā quietē & pa-
cem afferēs: maximē in cœlo coronandū, si im-
pleatur: maximē in inferno puniēdū, si negliga-
tur. Maximus Deus: maxima affectio amor. Ex
maximōtū duorum cōubio, maximus est pa-
tus. Maximū mandatū, sine quo reliqua, paru²:
imō sine quo, secūdū apostolū, ipsa maxima, nihil
sunt. Nā si dedero facultates pauperib⁹: tradidero
corpus vt ardeat, an nō hēc maxima? at sine ma-
ximo mandato, adeō nō sunt illa maxima vt ni-
hil sunt. Cōtra verò quæ minima sunt, cum ma-
ximo mandato, maxima redduntur.] Calix aque
frigidæ, ex dilectiōe, res maxima est. Siquidem
ipsum meretur cœlū. O verè alchimicum aurū:
quod, quicquid tangit efficit aurum. O verè vita
virtutū, sine qua nulla virtus viuit. O verè qua-
si Deus virtutū, honorū operum, & totius orbis
vitę Christianę, auertente te faciem, oia in ni-
hilū rediguntur. sed flāte te, & spūm tuū mittēte
oia recreantur, & facies terrę renouatur. Tu ad
inferos ducis si deseris: reducis si adsis. mortificas
oia si absis: viuificas si venis. si fugis, hō iacet, ca-
dit, moritur, in inferno sepelitur. Si redis, homi-
nē viuificas, ditas, Deū ferè efficis. Res óni ad-
miratione mirabilis, tua presentia nihil fœlicius,
tua absentia nihil miserius: quia tua presentia
Deū adfert, absentia auferit.

Diliges igitur Deū toto corde. Cur verò? cur
ita hominē liberum grauas? cur ita liberū in cō-
pedes coniçis? vt se totū tibi tradat, nihil ex se
sibi referuans? Dura exactio est, dedisti homini
omnia, & statim repetis omnia? Demū, quid du-
rius quā ex toto corde amorē requirere? At ita
se lex habet, imō & ita tota exigit ratio. ¶ 1. Pri-
mum. Deus totum quodā meum est, cuius ego,
veluti

Augusti. veluti pars quædam sum. At ita pars suum diligit totū, vt morti se p̄ suo toto obijciat: obijcit n. se brachiū, caput vulnerare volēti. Diligit igitur brachium suum totum ex toto. ¶ Secundò. Dilectio est quidā omniū affectionū deus: quō enim ille impendit, totus hō contendit. Amor. n. meus, pondus meū. inquit August. Deo igitur omniū, da deum tuarū affectionum. Quē si non dedisti, nullā affectionē te dedisse crede.

Isaia. 40. ¶ Tertiò, oculos tuos attolle. Finge, mundum aut non esse, aut guttulā esse respectu Dei. Cōijce tunc in Deum oculos, videbis lucis immensitatē, pulchritudinis infinitatem, bonitatis interminabilitatem: an nō hic, tuū à te extorquebit amorem: an non raperis, non inflammaris: dignus est tuo maximo amore. Indignissimū est, si illū ames amore minore. ¶ 4. Iam si oculos ab illa luminis abyssō, ad creaturas conuertis, videbis infinitos penē angelos: pulcherrimos, optimos, nobilissimos, fulgentissimos: quorum cuius, totus hic visibilis orbis subiicitur: corporalis enim creatura, spirituali subiecta est. Tum videbis micantes cœlos, fulgentissimū solē, pulcherrimā lunam, splendentia sydera: adeō hæc pulchra, vt pleriq; mortalium, ea vt Deos coluerint. Descende hinc: videbis rerum pulcherimārū, & nobilissimārū quādā infinitatē. Si queris, quid hæc omnia faciant? Certè id vnum contendunt, super eo vno decertant: vt vnum illū cælissimū, atq; infinitum Deū colant, adorent depereant. Non est culex, non est pulex, qui id pro viribus non nitatur. Quid igitur? Num vbi omnia super diuino certant amore, solus cessabit homo: vbi omnia sudant, vt deo seruiant, solus desidebit hō? Pronocat nos cuncta, vellicat, vrgent, vt amemus. Quis aures nostras plumbo sopiuit? ¶ 5. Et profectò si aduertas, intelliges: quōd oia Deum, etiam cum dispendio suo diligant. Nam quōd angeli Deo ministrent: hoc servire, regnare est. Sed quōd homini ministrent, idq; ex iussu Dei, an nō hoc eorum dispendium est? Volutantur orbescæli perpetuo, quia Deus iubet: id compendiū est. propter eum. s. qui eos subiecit in spe. Sed hominis causa perpetuò rotari, an non id dispendiū est? Ideo enim omnis creature ingemiscit, & parturit, huic vanitati subiecta. Corruuntur creature inferiores: dignus profectò in obsequiū creatoris interit⁹: sed num dignus, in obsequiū hominis? Si igitur ex toto corde (etiam cum proprio interitu) cuncta Deū amant, an non indignissimū est, solū in ea re hominē marcescere, ppter quē adamorē instimulandum, suum omnia dispendium patiuntur?

D.Thom. ¶ 6. Quōd si solus in seculo diligat homo Deū, **1.par. q.** diligūt etiā oia Deum. Cū enim hō omnis creature dicatur: vbi hō diligit, omnis creature diligit. Vbi hō non diligit, velut omnia suo fine frustrantur. Si rex alicui seruiat, illi seruit & regnū. Ergo si huius visibilis orbis hō rex est: cui hic seruit, cuncta cū eo seruiūt. Quē verò maior erit

Psalm. 148.

Hebræ. 1. Hebræ. 1. omnia super diuino certant amore, solus cessabit homo: vbi omnia sudant, vt deo seruiant, solus desidebit hō? Pronocat nos cuncta, vellicat, vrgent, vt amemus. Quis aures nostras plumbo sopiuit? ¶ 5. Et profectò si aduertas, intelliges: quōd oia Deum, etiam cum dispendio suo diligant. Nam quōd angeli Deo ministrent: hoc servire, regnare est. Sed quōd homini ministrent, idq; ex iussu Dei, an nō hoc eorum dispendium est? Volutantur orbescæli perpetuo, quia Deus iubet: id compendiū est. propter eum. s. qui eos subiecit in spe. Sed hominis causa perpetuò rotari, an non id dispendiū est? Ideo enim omnis creature ingemiscit, & parturit, huic vanitati subiecta. Corruuntur creature inferiores: dignus profectò in obsequiū creatoris interit⁹: sed num dignus, in obsequiū hominis? Si igitur ex toto corde (etiam cum proprio interitu) cuncta Deū amant, an non indignissimū est, solū in ea re hominē marcescere, ppter quē adamorē instimulandum, suum omnia dispendium patiuntur?

Gregorius ¶ 6. Quōd si solus in seculo diligat homo Deū, **sup Marcū** diligūt etiā oia Deum. Cū enim hō omnis creature dicatur: vbi hō diligit, omnis creature diligit. Vbi hō non diligit, velut omnia suo fine frustrantur. Si rex alicui seruiat, illi seruit & regnū. Ergo si huius visibilis orbis hō rex est: cui hic seruit, cuncta cū eo seruiūt. Quē verò maior erit

orbis contumelia, quā cum ipse Deo seruiat ex toto corde, hō qui rex eius est, alij cogat inseruire? ¶ 7. Quid: quōd si alij seruis, perdis te, mille peccatis macularis, mille curis torqueris, mille miserijs affligeris. Videlicet, quia amorē tuū, in loco non suo locasti. Solum igitur tunc summa pace fruēris, si summū tuum amorem, in re summa collocaueris. ¶ 8. Durū ne tibi videtur, si præcipiat tibi Dñs, vt corpori necessaria quæras: Si id durū non est, cur durum videtur, quod præcipiat Dñs, vt amorem Dei, animę tuę necessarium, & quo anima victura est, queras? Viuit corpus cibo, viuit anima amore. qui Deum non amat, non viuit. ¶ 9. Et equidem etiam si amor Dei ad vitam necessarius non esset, nitendū erat tibi, qua ratiōe posses, vt Dei amicus essem. Quis enim non vehementer ambiat, regis amicus fieri? quis non optet à rege vehementer amari? Cur igitur non magis Dei amicitiam ambiat: at si vis à Deo vehementer amari, vna ea ratio est: tu Deum vehementer amato. Deus te ad certamen amoris prouocat. Angeli sunt huius certaminis spectatores: an non scelus est, nihil ista curare? ¶ 10. Veleo maximè, quod nihil **Isaiae. 5. Deus debuit facere, vt nostrum à nobis extorqueret amorem, quod non fecerit. Si Deus, esset quiuis nostrum. Et quiuis nostrum, Deus esset: quid tunc facere poterat, quod nunc nō fecerit? oēs sanè artes, omnem industriam, oēs machinatioes adhibuit, quibus duritiam cordis nostri expugnaret. Expende beneficia, incarnationē, passionē, eucharistiam: tot sunt hēc & tanta, vt in cor hominis non ascendant. Nihil Deus ferē facit, quo non amorem meum venari contendat. Quid igitur, ardet Deus amore meo: ardet totus orbis amore Dei: & in medio ardoris fornacis frigeo? totus orbis ardet, solus ego non accendor? quē nam maior esse malicia potest? ¶ 11. Age quantū amat lapis cētrum? quantum pisces suum mare? aues suum aēr? Si igitur Deus centrū mihi est, vbi quiescat: si mare, vbi viuam: si aēr, vbi respirem: (in eo enim viuimus, mouemur, & sum⁹) quis mea mihi quietis, & vite, sensum ademit? Contendunt oia in quietem suā, in pacem, & fœlicitatē. Cur non ego item? auulsus lapis à centro, rabiē habet redeundi. Cur non item & ego reuulsus à Deo? Conuertere anima mea in requiem tuam. **Psalm. 114.****

¶ 12. Vides flumina magno impetu in mare p̄ ruere. Cur ita? certè quia ex mari prodierunt: & oīa corruptibilia infatigabiliter, in corruptiōne properat: quia ex corruptione ortū habuerunt (generatio enim ex corruptione est.) Si igitur res brutæ toto nisu eō labuntur, vnde venerunt: o mortales attendite ad eauernam lacū **Isaiae. 5.** vnde pdijstis. Ex solo Deo anima vestra produxit, ex solo illo immenso pelago, riulus ani. mē vestre profluxit: cur igitur non præcepis in Deum illa ruit? ¶ 13. Reddit imago id cuius est imago: totū me, mea reddit imago. At anima **Genes. 1.** t iij mea

mea Dei est imago: (ad imaginem Dei facta est) reddat igitur Deū, cuius est imago. Si ergo Deū reddit imortalē, intelligentē, cur non etiam reddit amantē? Cur nō amat, sicut Deus amat? cur contenta est Deum in parte, nō in toto reddere, quod potest? ¶ 14. Quod si hęc ratio vim in naturalibus habet, certe in spiritualibus, multo habet maiorem. Per baptismum enim Dei in anima imago reparata est, nouę ad amandum vires additę. Quid enim aliud sunt fides, spes, caritas, quam flammantes titiōes, quam ignis in terram missus, quibus vel ferrea pectora accendantur? ¶ 15. Accedunt his & alię flammę: quid enim est Ecclesia, Eucharistia, Sacraenta, Catuſ, Prédicatio, crux, Christi & sanctorum imagines: quam ardentes fasces? quam mons ethna, ubiq; ignes euomēs? ¶ 16. Conquereris forsitan, quod laboribus, & erūnis vīctus, Deum mente lugubri (vt Aaron) amare non possis. Vide verò, ne fortè isti labores iectus sint ferri, vt extorqueant ex tuo silice, flammā. Deus enim vidēste beneficijs non emolliri, sed in modum silicis indurari, silicem percutit, vt scintillas proferat. ¶ 17. Quod si, nec hi iectus te mouent: moueat ęterna, quę te pœna manet. Moueant ille frigentissimę niues, vt frigentem nunc a te niuem, excutias. Moueāt ille ardentissimę, non amoris, sed furoris flammę: vt nunc dulci amoris igne in ardescas. Sin minus, scito, quod quem

Lucx. 12.

Leuiti. 10.

tribul.

Iob. 24.

Mathæ. 4.

2. Corin. 2.

Psalm. 35.

Isaiæ. 15.

Mathæ. 25.

Eccli. 24.

Malach. 1.

Deum habuisti nihil non facientem, quo te ad amorem prouocaret: habebis nihil non facientem, vt de te hostilem sumat vindictam.

¶ 18. Contra verò parauit diligētibus se. quę nec oculus vidit, nec auris audiuit, neq; in cor hominis ascenderū. Parauit, vt inebriantur ab vbertate domus Dei. Vt torrés voluptatis in eorum os influat: parauit in mōte ęternitatis conuiuum pinguium medullatorum. Parauit, vt intrent in gaudium Domini sui, quare, quid par, nedum maius cogitari potest? ¶ 19. Et equidem licet amor ex toto, principio durus videri possit: at ubi cęperis, durius videbitur ab eo recedere, quam primum videbatur accedere. Est enim suavis spiritus tuus Domine, super mel dulcis. ¶ 20. Sed quid moror rationes congerēs, cum oēs rationes breuissimę Christus adduxerit. Diliges Dominum, Deum, Tuū. Si Dominus est, & se amari iubet, parendum illi est. Si Deus est, omnium bonorum thesaurus est. Si igitur amamus guttulas ex hoc pelago procedentes, amemus ipsum omnium bonorum mare largissimum. Si tu⁹ est, ama quod tuū est. quod esse poterat maius amoris irritamētum, quam Deus tuus? Amat pater filium suum: sponsa sponsum suum, agricola agrum suum. Adeo auarus est hō, vt allici non possit, nisi cum pronomine, suus. ama ergo Deum tuum. Finge omnes dulcedines, diuitias, honores, suavitates, blauditias: (deficit animus) eas omnes uno verbo comprehensas habes, cū dicitur: Deus tu⁹. quid te pro-

uocare ad amandum potest, quod nō in eo verbo habeas comprehensum?

Sed forsan quæris, quid sit ex toto corde, anima, méte? Ego dicerem, hos esse gradus amoris, primus est incipientium. 2. proficientium. 3. perfectorum: nā si ē corde tuo nulla exeat mala cogitatio, nec furtum, homicidium, &c. tūc diligis Mathæ. 15. ex toto corde: totum cor Deo, nullam eius partē vitio concedens. At ubi contédis nihil aliud cogitare, memorari, cupere, nisi Deum: tunc diligis ex tota anima. Animam Deo, non alio plenā habere laborans. Sed ubi ascendisti ad perfectionem spiritualem, ubi cor & caro defecerunt in Psalm. 72. salutare Dei, tunc purus diligit spiritus. Tunc diligis ex tota mente, fortitudine, viribus. Tunc fastidio sunt omnia temporalia, renuit anima in Psalm. 76. alio consolari, quam in Deo. Omnia ossa dicūt, Psalm. 74. Domine quis similis tibi. Sed canant experti. ¶ Attende. Non sat est si Deum diligas, diligit n. Maurus & Indus. Diliges ergo ex toto corde. at Ierem. 17. prauum est cor hominis, & inscrutabile. Plenum est ambagibus mille, latebris mille. Adeō vt David se non intelligat cum dicit. Ab occultis meis Psalm. 18. munda me. latēt in his latebris vitia multa, adeō vt ipse dicat. Delicta quis intelligit? Quis igitur gloriabitur mundum se habere cor, & quod Deū Eodem. Prouer. 20. toto corde diligit? Quantumvis ergo ames, time ne nō ex toto corde ames. Vt simul & amás sis, & humilis. Eodē ergo prēcepto & amari se voluit, & nos humiliari docuit.

Adiecit secundum prēceptum. Diliges proximum sicut te. Vbi iam sunt querelæ maiores. Cur amē proximum sicut me? num aliam omnes sicut me? vestiam sicut me? num omnium curā capiti meo imponam? quis queat grauissimum implere prēceptū? At ne graueris. Tua res agitur: Omnibus proximis tuis, tui cura mandatur, tu etiam omniū curam suscipito. noli esse liber, ubi vis omnes esse subiectos. Si quem offendisti, exoratum eum vis, vt tibi condonet. Igitur si ab aliquo offensus es, exorarite permitte, vt etiam remittas. Si pauper es, velles tibi donari, dona & tu pauperibus. Sit equalax. Alijs da, quod ab alijs cupis. Alioqui usurarius es, qui plus requiras, quam dederis. Nihil igitur grauius hęc lex imponit, quam illud. quod tibi ab alijs vis: id tu alijs velis. ¶ Sunt tamē vt in dilectione Dei, ita & pximi quidā gradus. Prim⁹ est infimus. Vt nihil pximo contrariū velis: velisq; ei, quę necessaria sūt. Est hic gradus velut naturalis. Secundus gradus est altior, cū animā tuā tradidisti pximo rū negocijs curādis, vt cū totū te tradis curādis ifirmis, docēdis inscijs, &c. Terti⁹ est multo etiā altior: ubi tota mente eos amas, eorum salutem spiritualē toto affectu quærēs, ardesq; , & optas illis salutē ęternā. Et adeō hoc vriteris igne, vt anathema esse cupias pro fratribus, vt deleri postules de libro vite, vt eis vita tribua ur, vt ani. Exodi. 32. mā ponas pro amicis tuis. Hac charitate nulla Ioānis. 13. maiore est. ¶ Et certè, sicut nō datur perfectio amoris

Prox.

Roma 9.

Exodi. 32.

Ioānis. 13.

amoris Diuini in via (licet si quedam eius perfectio ut viæ) ita non datur perfectio integræ amoris proximi in via: erit in patria. Quod ita intellige, Iussit Dominus: hoc mandatum meum, **Joannis. 21.** ut diligatis inuicem, sicut dilexi vos. Quis vero est, qui ita se ex summo in imo deiicit, proximorum causa, sicut se Christus deiecit? Côtendendum ergo nobis voluit in via, ut assequamur in patria. ¶ Quam vero gliosum esset regnum, ubi omnes ita inuicem amare contenderent, si **Roman. 32.** cur nos Christus amauit? Sumus omnes vnu cor, pus in Christo: vno spiritu velut anima viuiscamur. Vnus Deus nobis est, vna fides, vnum baptisma: cur igitur non querat quisque alij, quod sibi? Siquidem ipse cum alijs non diuersa sunt, **z. Cori. 12.** **Ephesi. 4.** sed vnum in spiritu. Sed his mundus est, ex diametro contrarius. ¶ Intellige vero maxima hec esse mandata, ad quæ implenda, non sat sunt omnes omnium vires, nisi Dei maximæ, auxiliū ad sit supernaturale.

Sed tractemus Christi interrogationem. **Cuius filius est Christus?** Potuit ne grauior questio hominibus pponi? Si enim dicas, solius David, en tibi æterna damnatio. Si dicas, solius Dei: æterna item damnatio. Si dicas Dei & David, beatus eris, si id cum Simone Bariona confitearis. **Mathæ. 16.** An non super hac questione totus orbis dimicat? Mauri, Iudei, Indi super hoc vno verbo digladiantur. Et equidem iure duobus maximis mādatis questio hæc adiuncta est: ut intelligamus, Christum filium esse Dei & hominis, & hoc vnicum nos ad Dei, & hominis dilectionē accédat. **z. Timo. 6.** **z. Timo. 1.** Quis enim non amet Deum propter hominem, hominē factum: & hominē, qui ex Dei vniōne sit ipse Deus? Si quia Deus lucē habitabat inuisibilem, amare eum negligebas, en inuisibilis visibilis factus est. Si hominē (vt vilissimum) amare dignabar: en Deo hōynitus est. Est igitur filius Dei Christus, & filius Davidis, ut Dei & hominis amore à nobis extorqueat.

Respondet illi: est filius David. Si id intelligunt Christiani, sicut statim genua sua. Nec enim continere se potuit hoc loco Paulus: quin gratias Christo ageret magnificas, cū Deum filium esse hominis predicabat. Quorum patres, inquit, ex quibus est Christus, qui est super omnia Deus benedictus in secula. Vix similē de Christo confessionem protulit Paulus, quam vbi mentionē fecit, quod Christus esset filius David & aliorū Patrum. Quid ni in ea verba prouumperet, videns, quod ex illo filio David nos omnes acceperimus gratiam pro gratia? Quia enim Verbum Dei habitavit in nobis, ideo vidimus gloriam eius. Et quia verbum caro factū est, ideo dedit potestatem, ut homines, filii Dei esse possent. De eo David dicit.

Dixit Dominus domino meo: quod nam miraculum, quam rem seculis inauditam DIXIT? Certè, sede mihi dexter, mihi, equalis. Merito David rem narras stupēdam. Quod caro, quod san-

guis, quod terra cœlos ascendat, cœlos penetret angelos supergrediatur, & in Dei sedeat equalitate: quod similis filio hominis, usq; ad antiquū dierum pertueriat. Iure & à Davide dicitur, & à Daniel. 7. Christo repetitur. Huic tota Philosophia repugnat, natura reclamat. Sed fecit in hac re Pater **Lucæ. 1.** potentia in brachio suo. Nec enim gradius aliud efficere potuit. Verè exaltauit in ea re humilem. **z. Reg. 2.**

Sede inquit, donec ponam inimicos. Nostra fuit caro, Deo inimica: reconciliati enim sumus, cū inimici essemus, Hanc carnem inimicam, iam reconciliatam, Deus subiexit in cœlū, ut esset sub pedibus Dei. Non n. vult scabellū suum perire, sed seruari obedientiam scabelli vult, non mortem. Et hic etiam Deus fecit potentiā in brachio suo, ut scabellum inferno dignum, in cœlestibus collocaret.

Hec sunt verba Patris ad filium: quæ oportet nos ei etiam dicere. Dicamus ei: Sede in dextera nostra, donec ponamus inimicos tuos, &c. Certe appetitus noster, caro, & voluntas carni affecta, sunt Christo rebelles. Sede igitur in dextera nostra, id est, in nostro loco meliore: in nostris melioribus bonis. Qui tantum credit, reliqua vero malus est, Christū habet sedentem in bono sancto loco, id est, in suo intellectu, in fide. At non habet sedentem in meliori loco, i.e. in voluntate, & charitate. Quod fortasse innuitur, cū dicit, sede ad dextris, & non solū ad dexteram. Vult enim Christus collocari, non in uno tantum bono, sed in melioribus bonis. Rursum, qui frequenter cadit in vitia, & frequenter inde resurgit, non habet Christū sedentem, sed discurrentem. Non fixū, sed festinum. Dicamus ergo ei, sede fixus in melioribus bonis nostris. ¶ At non sedebit in nobis Christus, ut nos interim dormiamus, aut manescamus. Sed ut ponamus inimicos eius, sub pedibus suis. An nescis appetencias tuas esse Christo inimicas? an non inimici hominis, domestici eius? an non prudentia carnis inimica est Deo? **Micheæ. 7.** An non lex carnis repugnat legi Dei? Tu igitur contendere, ut hi inimici suppedaneū Christi pedibus fiant. O vero felix anima, ubi hostes Christi, sunt Christo subiecti. Vbi solus Christus imperat, & regnat. Vbi nos, ja liberati de manu inimicorum nostrorum, seruimus Deo in sanctitate & iustitia. Vbi quiescimus omnium opalorum terrore sublato, ubi in pace in idipsum dormire licet. Vbi confregit Dominus arcum, gladium, scutum & bellum. ¶ At sicut Pater in cœlo non solus, sed merito Christi adductus, Christo subiicit hostes: ita nec nos soli, sed ex meritorum Christi efficacia, suos illi hostes subiicimus. Ut enim factus est Christus nobis sapientia a Deo, ita factus est victoria: ut qui gloriantur in Domino glorietur. ¶ Iam, quale supplicium merebitur qui, cum Christum in dextera collocare debuisset (ut quæ Pater ad suam dexteram collocauit) ille non ad dexteram, sed sub pedibus suorum inimicorum deiicit: o facinus, o scelus. At tu qui **z. Corin. 1.** **z. Corin. 2.** **Eodem.** **Psalm. 4.** **Psalm. 75.** **Prouer. 1.** **ascensio.** **t. iiiij peccas,**

Isaiz. 43. peccas, quiq; iniquus es, Christum statuis sub pedibus luxuriae tuę, auaritie tuę. An nō hęc Christi quęrela est, Seruire inquit me fecisti in peccatis vestris. facis igitur Christū seruum iniquatum tuarū. Flebat Ieremias, quod hostes ani-

Threne. 1. Threne. 1. mē facti essent in capite. Si hostes in capite, vbi

Tren. 5. nam Christū collocasti: cecidit corona, inquit,

Psalm 55. capitum nostri: Igitur ad pedes lapsa est: Christus

Hebrae. 10. verò corona capitum est. Per Dauidem queritur

Ephesio. 1. coram Patre Christus. Miserere mei, quia cōculcauit me hō: conculcauerunt me inimici mei. Et

Paulus. Paulus inquit. Quanto putatis deteriora mereri

supplicia qui filium Dei conculcauerit? vides igi-

tur quod iniqui Christū pedibus calcant. Quem

Pater posuit ad dexteram suam, super omne no-

men quod nominatur in hoc seculo & futuro,

eum iniquus sub pedibus dēmonum & vicio-

rum statuit.

CAPVT XXIII.

Tunc locutus est Iesus.



RBITRO R Christū sub nomine scribarum & Pharisaeorum, nostri temporis religiosos & literatos designasse. Cū enim scribę illi & Pharisæi, solū essent, quadraginta annis post Christum duraturi, nō erat opus, tam longa admonitione, quā nos Euangeliū admonet, in tam exigū tempus contexere. Prēmonuit ergo Christus & literatos & religiosos, tum eorum auditores & discipulos. Iudicio meo, est Euangeliū hoc speculum vbi & hi, & illi se cōspiciat. Maximè verò pars hæc Euā gelij prior ad auditores pertinet: quib⁹ dicitur.

Super cathedram Moysi. Vbi primum se offert dubium. Cur non dixit, super cathedra Christi, sederunt prēdicatores, & doctores. Respondeo: forte hęc prior erit ratio. Quia nō videbatur futurum, vt super cathedra Christi malus aliquis sederet. In cathedra hominis, iniquū sedere, tole-

**monachi
predicato
es. Genesi. 5.** rabile est. Cum enim omnis hō ab adolescētia ad malū pronus sit, quid mirum si in cathedra eius qui ad malū pronus est, iniquus vñquā sedeat?

At iniquū in cathedra bonitatis, Dei ipsi⁹, sеде-

Ioannis. 1. re: res est intolerabilis. Est Christus agnus, in id mortuus, vt tollat peccata mundi. est salus, quæ sciuit infirmitatē, vt infirmitates nostras sanaret:

Ioan. 8. 9. est lux obtenebrata, vt tenebras nostras de-

pelleret. Vide iam quale sit statuere peccatū, lan-

guorē, tenebras, imo & dēmonem ipsum, in ius

cathedra, qui mortuus est, vt hęc omnia dēmo-

nis opera destrueret, ipsumq; mundi principem,

diabolū, foras eijsceret. ¶ Altera ratio est. Quia

ipsa Christi, ex se, cathedra peccato repugnat. Certum est dari gratiam episcopo ad prēdicandū. Ergo cathedra Christi formaliter (vt Theologil loqūtur) gratiā suo ministro largitur. Vt n. gratia datur sacerdoti, ad sacerdotiū exercēdū: ita & Episcopalis cathedra, de se gratiā dat Episcopo, ad sanctę prēdicadū. Vt ergo, ex se, Christianus, vt qui ex Deo natus est, nō peccat. Quia Christianitas, ex se, peccato repugnat: ita qui in Christi cathedra sedet, ex se, nō peccat: sed quę dicit facit. Quia id ipsa cathedra prēbet: saltē epis copis, quorū illud propriū munus est. Hac ergo ratione nō dixit in cathedra Christi sedet malus. Vt nec conueniebat dici: in igne, sedet frigus. In sole, tenebre. In iustitia, peccatū. ¶ Vnde tertia ratio colligitur. Non dixit in cathedra Christi sedet, qui nō facit. Quia malus vir quātum de se est, cathedrā Christi in cathedram vertit Moysi. Cathedra n. Christi est amoris, gratiæ, filiorum. Cathedra Moysi est timoris, literę, seruorum. Si igitur in cathedrā Christi malus ascēdat, cathedrā filiorū, ex se, in cathedrā vertit seruorū. Vt igitur Christianus, qui spiritū adoptionis nō habet, sed timoris potius, is spiritū Moysi representat: ita prēdicator malus scribā agit poti⁹ & Pharisēum, quām Christianum prēdicatorem.

Dubium alterū est. Cur meminit cathedrę? cur non simpliciter dixit, que scribę dixerint vobis, hęc facite: Respondeo, admonuit prēditatores officij sui, ne dū prēdicant, se priuatos homines esse putent: sed personā, & autoritatē se habere Moysi. i. Dei. Vt n. cum Papa quidpiā prēcipit, & ipse & nos, prēcepta illa, putare debem⁹ esse diuina, (vt frequentissimē Pontifices dicunt in decretalibus suis) ita & prēdicator cathedrā illā putet esse Dei. Et quod qui in cathedra illa est, Deum agit, & velut Deus quidam est. Vtinam id & prēdicatores spectarent, & etiam auditores.

Dubium tertium est. Cur dixit, sederunt scribę, & Pharisēi: si quidē scribę, sonat literatos. At cū nullus nisi literatus in cathedrā ascendere debat, sat erat dicere, super cathedrā Moysi ascēderūt literati. Nisi forsan Pharisēis illiteratis eset concessa docendi facultas. Respondeo. Quātū mea fuit opinio, hic per Pharisēos representantur religiosi: qui monachatui addicti sunt. his conceditur prēdicandi autoritas, etiam si minus sint literati. Tāta. n. est illis cū Deo familiaritas, vt ex illo ad Deū accessu, fiant illuminatissimi: & velut Moses, radijs fulgentibus cornuti. Illum igitur fulgorē in recessu conceptū, in cathedra spargent. Quod si secus prēdicauerint: faciendū est tñ quod dicūt. Personā. n. Dei ex loco, ex habitu, ex professione, ex functione representant. At scribę Theologos significant: qui labore, & industria, literas sibi compararunt. ¶ Aduerte igitur nemini esse in cathedram ascendendum, nisi literatus sit. Aut certe monachus: cui prēdicatio vitę merito conceditur.

Exodi. 34.

Præd. Quartum dubium. Cur dixit super cathedram sed erunt, non verò ascenderunt, aut steterunt: & enim prædicatoribus nostris mos est, stando prædicare. Respondeo: Duo videtur hinc indicari. Alterū, quod nō omnibus prædicatoribus obediētia debeatur, sed his, qui prædicant ex officio, & munere sibi commisso, lis enim qui nōdum prædicant ex functione cōmissa, sed vt se ad prædicandum exerceant, nōdum parere tenemur. Ij enim nondum in cathedra sedēt, licet sedere cōtendant. Alterum est, quod iis maximè patendū est, qui iam diu sedērunt in Sapiētia legis: quibus nō est eruditio noua, & velut in ventre Heliu, ad modum musti seruens: sed qui habent res velut excoctas, maturas: non præcoquas, aut precipites. Indicatur etiam, quod potissimē patendum sit Episcopis, quorum est in cathedra sedere.

Quod verò sequitur: Quod dixerint vobis seruare, & facite: duo subindicat, alterum: quāta cura, & veneratione verba Dei seruanda sint. Recte

Psalm. xi. 8. Dauid: In toto corde meo abscondi eloquia tua, vt non peccem tibi. Si eū effectū habent eloquia Dei, seruare ne peccemus, an nō dignissima sunt quæ seruentur? Profectō verū illud est. Si seruaueris ea, cōseruabunt te. & verum illud, quod semen est verbū Dei. Quod cum tantopere diabolus reuelleret, ex corde nostro procuret: an non mille seris, & repagulis esset seruandum, ne euel Jeretur? Semen enim quod cœlum profert, merito seruandum est. Alterū est, quid seruare Dei oracula pdest, nisi ea faciamus? Seruare, inquit, & facite. Certe literati homines, scribæ, & Pharisæi verba diuina seruant: sed non omnes seruant, vt faciant. At non est ille beatus qui seruat, vt doceat, sed vt faciat. Misericordia enim & bonitas in eos, q̄ sunt memores mandatorū Dei, ad faciendū ea. Porro facienda sunt, q̄prædicator dicit, quia in cathedra Dei sedet, & verba Dei docet. Dices: quid si errores doceat? Planè dum nescitur, an erret: facientes quæ dicit, meremur. Meretur. n. vetula errās ex mandato prædicatoris, quem vera dicere credit. vbi non operis iustitia vetulam cōmēdat, sed obedientia p̄dicatoris.

Iuxta opera eorū nolite facere: Profectō hoc auditio sermone, erat cur contristarentur Iudæi, qui si suos Pharisæos non imitarentur, vix habebant, quem possent imitari. Sed ō ḡs Christiana, non est vobis propositus, hic aut ille prædicator, quem sequamini. Propositus est vobis Christus: exemplar fulgentissimū, in quem transformemini, cuius vestigia sequamini. Audite prædicatorem, sed aspicite Christum: autorem fidei, & consummatorem. Prædicat prædicator voce: prædicat propositus Christus opere. Sapiēter Petrus. Proposuit Pater Christū, vt sequamini vestigia eius. quare? quia peccatum non fecit, nec est inuentus, in ore eius dolus. prius fuit, peccatum nō facere: mox, dolū non loqui. Ergo inquit: quæ faciunt non facite, sed quæ dicunt: quia illi magistri sunt non dicendi, sed faciendi. Magistros dicendi elo-

quētia facit. Magistros Christianitatis facit Spūs sanctus, q̄ fecit alios Doctores, alios Prophetas. Ephes. 4. mendacissima persona, seu larua, est prædicator dices, nō facies. Si. n. magister Christianus es, Spūs Mathæ. 19. sanctus te fecit: & non es tu q̄ loqueris, sed Spūs in te. si non facis quæ dicas, iam nō in te loquitur Spiritus. aut certe te spiritui tubam, seu organū spurcum offers, per quam Deus in sonet, gladium ferruginosum manui diuinę tribuis, quo scindat, diabolum ei offers, per quē diuina opera faciat. ō vos prædicatores, qui gloriam in excelsis Deo Lucæ. x. canitis, pacemq; terræ affertis, cōtentāte, vt Angeli sitis. ō qui despōnsare Deo animas cupitis, Genes. 24. videte: vt famuli sitis, Abrahæ fideles. Qui tubæ estis, quibus sint congreganda Israēlis agmina, videte vt argenteæ tubæ sitis non terrena. Numer. 7.

Sed quæ nam sunt mala Pharisæorum vt illa nostri caueant prædicatores. Primum est. Alligatōnera importabilia, quæ ipsi nec digito mouere volunt. Quid nam hoc est ō Christe seruator? An non tu per manus Moysi graues, legem dedisti, Exodi. 17. & eā importabilē dicēte Petro, onus eam fuisse, Actor. x. qđ neq; nos inquit, neq; patres nostri portare potuimus. Cur ergo aliis crimen impingis, cuius tu videris autor fuisse? Rursum: quomodo verū est, Pharisæos neq; digito onus contingere: cū ieunient bis in Sabbato, decimas dent eorū quæ posſident: nec iniusti sint, neq; auari. Et Paulus pharisæus viuebat sine querela. Quod si per onera traditiones intelligas: sanè in illis, nimij potius sunt ferendo, quā morosi non contingendo. Demuni: quid vis cum dicas, digito, non contingunt? Si pede aut manu dixisses erat id facile: sed digito, obscurum? Ad hæc videri responsum poterat, si de tempore nostro intelligamus. Onera hæc importabilia esse excommunicationes, suspensiones, interdicta, irregularitates, & cetera onera Ecclesiastica: quæ Prælati Christianis imposuerunt: cum tñ eorum pleriq; ab excommunicationibus, & aliis censuris liberi sint: pleriq; nō ieunent, aut carnis abstineat. Sed libet rem hanc introrsum aspicere. Onus quod cuiq; nostrum imponitur, non est hæc aut illa legis particula, sed lex tota. Hæc. n. est colligata fascis, & manipulus collo impositus. Nō ergo queritur Dñs, quod Pharisæi non contingat vnum, aut alterum præceptū, sed quod totū onus digito non tangat. Quid. n. si Pharisæus decimas hinc det: illinc verò odiat, inuidet, superbiat? Profectō partē legis fert, non totam: hi ergo suggestūt, quod cum totam legem alligent, non totam mouere contendant. Sed audi: Non eos Dñs accusat, quod onera alligent: sed quod alligent importabilia, quæ ipsi nō moueant. Aperiāt Dñs sensum nostrum, vt hæc penetremus. Planè lex Christi sine amore, sine spiritu, vix portabilis est. At non accusatur Deus eam legē ferens. Si. n. tulit, dedit etiā spūm, & vires, quibus portetur lex: imo quib⁹ iugū fiat suaue, & onus leue. Quod si etiam prædicatores digitis legem mouerent, & perficerent

perficerent, darent & ipsi (suo modo) spiritum, seu gratiæ vires. (Ita Paulus dicit: Cupio videre Rom. 1. vos, vt aliquid impertiari vobis gratiæ spiritualis). id est, daret per ipsos Deus fieretq; ista ratione lex portabilis, quæ ex defectu amoris & spiritus importabilis videtur. at defectus amoris s̄epe ex defectu venit prædicatoris, dicentis non facientis, alligantis onera, non ea mouentis. Profectò quilibet mouit, & perfecit, nouit etiam quomodo sit illa ferēda: & quomodo ad orationē sit recurrēdū: vt viuēdū, vt vires ad ferēdū ipsa p̄stet. Vidētes verò auditores legē à p̄dicatore ferri, & modū quo sit ferenda, inspiciētes: cōcipiūt & ipsi vigorem, animantur, accenduntur, inflammantur, arripiunt onus. At vbi humeros prædicatorū liberos ab onere vident, recusant & ipsi onus, putantes ferri non posse, quod illi doctores ferre recusant. ¶ Interim nescio an aliquid mysterij in illo verbo lateat: nec digito contingere volunt. Res spirituales licet manus non habeant, digitos tamen tres dicuntur habere, quibus res moueant. Ita Isaias: qui tribus digitis appendit orbem terrenū, tres illi dīgitis sunt potentia, sapientia, bonitas. iis tribus dīgitis, contingi, moueri, & portari lex dei debet. Et is perfectè portat, qui omnibus portat. Qui animosè fert legem, non adeò tamen prudenter, is uno fert digito: qui verò animosè, prudenterq; sed non amanter fert, duobus eam dīgitis portat. At qui legem nō amat, imo abominatur, vt Pharisæi illi, is neq; uno digito contingere vult. Id est quod in Pharisæis Christus accusat. Intelligent Episcopi, quid in iis quos ad prædicandum accersunt, requirere debeat. ¶ Attende nunc: illi imponunt onus ore, non manibus. non portant, non mouent, imo nec contingunt. ille portat, qui legem impleuit, is non portat, sed mouet, qui cupiens perficere legem, eam aggreditur, vietus tamen carnis fragilitate, sub onere ruit. is non portat, nec mouet, sed contingit, qui optat quidem à peccatis egredi & legem incipere, non aggreditur tamen, nec tentat, an armatus incedere possit. Is verò nec digito contingit, qui legem odit, quique nihil legem curat.

Secundum peccatum, cuius Dominus Pharisæos accusat, est quia omnia faciunt, vt videantur. Dices: an non necesse est Episcopis, vt videant homines opera eorum bona, & ita glorificant Deum? Adde: quod Theologi fatentur, gloriam esse inter bona humana præcipuum. cur ergo Pharisæi traducuntur, querentes quod adeò bonum est? Evidem, quod ex bonis humanis humana gloria queratur, forsitan nō esset scelus horrendum. At quod omnia & diuina, & humana: sacra & prophana, ad venandam gloriolam inclines, non potest non esse piaculum. Quod enim Dominus instituit in gloriam suam, & cultum suum, id eō referendum est. at si tu horum adulterator, hæc tibi velis despōnsare, proprio marito viduata: an non est facinus? Lege Caietanum in fine Secundæ Secundæ. ¶ Sed pfundius

penetra. Vita Christiana tota consistit ab intus. tota est in homine interior renouādo. Si igitur tu totam vitam extra consumis, nihil curans interiora: hoc est cum vita Christiana ex diametro pugnare. ¶ Scito vitam Christianam Deum semp̄ p̄ oculis habere: vt quē vnicē diligat, & deperat: vt cui vni totam se consecret, cui vni contēdat sua facta probari. Iā si omnia facias, vt hominibus placeas, Christi seruus non es. (vt inquit Paul⁹) ergo directissimè pugnas cū vita Christiana Charitatis, vt igneç, ascensus sursum est. Cupiditatis, vt terrenæ est descēsus deorsū. de hoc statī.

Tertium Pharisæorum peccatum est superbia, & celsitudinis appetentia, non quo quis loco, nec inter quos suis, sed excellentię in conuiuīs, in Ecclesia, in foro. Itaq; estimabat se Pharisæi meliores iis omnibus, qui in Ecclesia, & in foro conueniebant. O Luciferinam superbiā, quæ sicut Lucifer cathedralē in cœlo, vt esset similis altissimo. quæsivit & Pharisæus in Ecclesia, (quæ cœlum quoddā est,) cathedralē meliorē similem altissimo. quæsire enim cathedralē super omnes, est Dei cathedralē querere. Utinam non hac scabie essent nūc infecti, qui litteratorum & religiosorum nomen sibi vendicant. qui ex professione locum inferiorem essent potius venaturi.

Quartum peccatum: ex tertio nascens est, vel le vocari ab hominibus Rabi. Pater. Magister. Id nobis explicat Paulus, dum dicit, Corinthiis suis 1. Corin. x. se dissidia: aliis dicētibus, ego sum Pauli, ego Cephe, vt & nunc mos est deuotis hominibus, maximē fœminis dicere. pater meus ille. confessor meus iste. lactabant ergo primi illi ad fidem conuersi: alij quod à Paulo essent conuersi. alij quod à Cepha, & à summis Apostolis. Ut Apostolus meminit, dices: existimo me nihil minus fecisse, à magnis Apostolis. Nascebatur hic affectus nō uis illis Christianis, ex Pharisæismo: vbi honoris causa diiscipuli, se cuiusdam dicebant esse magistri. quā etiam ratione & magistri circuibat mare, & aridā: vt multos haberent discipulos: non in Mathæ 23. Dei, sed in suam gloriam. circuibant igitur terram, vt vnum facerent proselytum, à quo Patres, magistri & Rabini vocarentur.

¶ Hoc præmisso: Cū Dominus vetat vocari magistros, non vetat pietatem, & reuerentiam. sed id ipsum quod Paulus: dicens: Cūm sit inter vos 1. Corin. 3. zelus, & contentio, super patribus & magistris: nonne carnales estis: & secūdum hominem ambulatis? Igitur carnalem illum affectum, vnde dissidia nascuntur in vita Christiana, hunc prohibet Dominus. Vult te, patrem tuum diligere, & plenis buccis patrem nuncupare. sed quod, eum qui te Christi pietatem docuit ita carnaliter ames, vt inde aut tu aut ille in superbiā incidatis, id verò prohibet Dominus. Voca magistros, & rabinos, quantū velis. sed ita magistros factiosè nuncupare, vt cæteros aliorum discipulos contemnas, vtque ex tui amore magistri Deum obliuiscaris, id Dñs vetat. Videant religiose

Psalm. 44.
2. Corin. 5.

Galat. 1.

Isaix. 14.

1. Corin. x.

2. Corin. ii.

Mathæ 23.

1. Corin. 3.

Mathæ 23.

1. Corin. 3.

Mathæ 23.

ligiosę, si quid horum illis conueniat.

Sed vt hęc tibi sint p̄spectiora: vitā Christia-nam ob oculos p̄scribo. Vita est, hominis, ex mundo ad veritatem, per Christi lumen, conuersi: hominis vnicē Deū amantis, Deū ex intimis ex p̄cordiis diligentis: reliqua quæ Deo minora sunt, parui pendentis. Vbi enim agnouit, quis Deus sit: nouit, quam mundus non sit. Est vita hominis cupientis Deo hærere, iungi, vnum-que cum eo fieri: ac proinde horrentis quicquid huic adhesioni impedimento est. Et quia omnis affectus (si excessiuus sit) ad creaturas, magno est impedimento: ideo hunc vult resecare, & mortificare. At quia per sui despectum, & odium intelligit maximè se Deo probari: ideo tantum abest vt se amet, aut gloriam suam querat, vt ma-ximè hanc timeat. Id verò admonet Christus, ex re vitę Christianę esse despectum: & Crucis, non honoris desideria. Norunt hæc experti.

Addit Dominus epiphonema. QVI se exal-tat, humiliabitur. Ego quidem rem hanc s̄æpe expendens, admiror: Cur Dominus superbiam, & celsitudinis appetentiam tātopere odiat? Nec enim aliis vitiis tantopere videtur infensus: cum multa sint aliqui, multo maiora. Rem hanc tra-stanti quedam occurserunt causæ, quas subiice-re libuit. ¶ Prima est: Deus est purissima veritas: non potest igitur non summè odire mendacium. At mendacium grauissimum est, putare te esse aliquid, cum nihil sis. iuxta Apostolum: hoc igitur mendacium grauiter odiat Dominus. ¶ Dices eādem ratione, summè odiat Dominus omnem iniustitiam, cum ipse sit iustitia summa. Respon-deo: Grauior est corruptio, & magis horrenda, quæ in fundamento latet: quam quæ in tecto, aut pariete. At putare te aliquid esse, corruptio est, in ipso esse: quod omnium quæ in nobis sunt, fundamentum est: ac ideo magis odio habetur. Spiritus est Deus, ideo vult in spiritu & veritate adorari. Recte igitur Psalmus: in veritate tua humiliasti me. Humiliat enim se, is cui veritas illu-xit. Hanc veritatem diligit Dominus, & ei incer-ta & occulta manifestat. Vnde David: Ego dixi, proiectus sum à facie oculorum tuorum, (id est, vilis sum in oculis tuis) quâ causa inquit, exau-disti orationem meam. Diligite eum omnes sancti, quia veritatem requirit, quam? Hanc, ne cre-des te aliquid esse, cum proiectus sis à facie oculorum Dei: aliqui, retribuet abundantem facien-tibus superbiam. ¶ Secunda: Aut Deus est in te, aut non est. Si non est in te. Cur non magis luctū habuisti? Si in te: facit agnoscere te: & ita humilias te. Inquit Ieremias: postquam ostendisti mihi, percussi fœmum meum. Solent enim qui se errasse compertunt, fœmum palma percutere.

¶ Tertia: Si peccator es, cur te exaltes? Si inimicus es, contra quem, (vt contra Pharaonē) suam Deus demonstrabit iram: cur te efferas? Si Deum quantum est ex te, peccando occidis, cure exultes? Si peccata tua Christum morti ad-

dixerunt, cur superbis? Si turbasti vniuersum: Deum sub diabolo statuens: si Deum licet ver-bis fatearis, factis tamen negas: si exul à cœ-lo es: si ciuis es inferni: quæ te superbia cœcat: vt altum te esse credas, quem tam vilem peccata reddiderunt? ¶ Quarta: Dum se exaltat super-bus, alios contemnit, quod cum charitate ex dia-metro pugnat. que non solum æquales sibi proximos facit: sed eos se superiores existimat. Ait Philip. 2. Paulus. Et Deus cum charitas esset, & cum altus 1. Ioānis. 4. esset, formā serui accepit. in qua non solum vnum Mathæ. 20. ex nobis factus est: sed omnium nostrum mini-ster esse voluit. Recte Paulus: Charitas non in-flatur. Quinta: Si vexillum charitatis est hu-militas, vexillum diaboli est superbia. Ideo enim rex dicitur: super omnes filios superbiz. odit igitur Dominus eos, qui charactere bestiæ sunt in-signiti, id est, qui vexillum portant superbiz. Apocal. 19. ¶ Sexta: Tu ô superbe in te ipsum intra tua fun-damenta perscrutare. Genus, opes, fortuna: fun-dantur in corpore. Virtutes, eruditio: fundantur in anima. Perge porrō. Vbi nam fundantur cor-pus, & anima? An non sūt ex nihilo nata? Egre-gium planè tuę celsitudinis fundamentum? Fir-missimę verò arrogantię tuę columnę. Rideat ne nunc Deus, an odiat, eum qui cum nihilo nitatur excelsa de se putat? ¶ Septima: Vis videre quis sis ex te? Expende, quo descenderit Chri-stus ad subleuandum te: & intelliges, vbi malo rum tua celsitudo iacebat. Descendit ille in alti-tudinem maris, (omnium scilicet malorum pœ-nę.) Descendit in profundum, vbi non est sub-Eodem. stantia. Quo redemptor pergis? quero in altitu-dine ventris inferi, iacentem illic hominem: vt inde eum eripiam. Et qui tam iacet profundus, excelsum se credit? ¶ Octaua: Ne coniicias ocu-los in hanc vitam: vbi bona malis permiscentur. coniice oculos in vitam futuram: vbi quisque pro dignitate proprium locū sortitur. Iam queso te, si Deus nō tui misereatur, quis erit locus tu⁹? An non erit infernus? Cur ergo extollis te, cui dign⁹ loc⁹ infern⁹ est? an nō merito odiat Deus hominē, cui tā corruptū iudiciū est, vt se aliquid esse credat, cū tamen sit dignus inferno? ¶ Nona: Datur tibi sacra Eucharistia in cibum, & Christi passio in remedium. An non agnoscis magnitu-dinem morbi, & miserie tuę: cui tā pretiosa fue-rit necessaria medicina? Alioqui stultum est, fa-cili morbo sumptuosissimam impendere medi-cinam. ¶ Decima: Illud etiam magno mīhi ar-gumento est, quam simus miseri. Quod cū Deus nihil non fecerit: cum omnia sua artificia, & ad-inuentiones, ad prouocandos homines in sui gratiam, & cultum insumpserit: nos adeò stu-pe-mus, & lapidescimus: ac si nihil ille fecisset. ex-imie mala vinea est, quę summa cura exulta, la-bruscas profert, non vuas. Mortui sunt, quos tā-ti amoris stimuli, nihil excitant. Cur igitur nos Isaiz. 5. exaltamus? Qui se exaltat humiliabitur.

Sed qui se humiliat, exaltabitur. Magni arti-fices

Lucz. 14.

Galat. 6.

*Summi
tas.*

Ioānis. 15.

Galat. 6.

Ioānis. 4.

Psal. 118

Psal. 50.

Psal. 30.

Corin. 5.

Ierem. 32.

Roman. 9.

fices, quo sibi maiorem gloriam parent, viliorem materiam pulcherrimo operi subiiciunt. Ut quo vilior materia est, eo artificis plus resplendat manus. Si vis igitur, vt Deus pulcherrimum in te opus perficiat, humilia te: quo te viderit in oculis tuis viliorem, hoc præclarus absoluere opus. ¶ Et nescio quid causæ sit: quod cunctæ res exiguae, sunt nobis gratiore. exiguis puer, exiguis vitulus, catellus. Emanauit ne hoc nobis ingenium, ex diuino? Cui exigua & humilia placent, adeò ut nisi efficiamur paruuli, non intrabimus in regnum cœlorū. Cum Saul paruulus esset, rex inaugurate est. David omniū fratribus minor vngitur in regem. Et profectò nemo est qui non humiles amet, & exhorreat superbos. quis enim superbo conuiuet? Et quis non cum humili conuersabitur? ¶ Dictum mihi hactenus est: quod hō sit vniuersa vanitas, imo omnium malorum pelagus. quomodo igitur in eum intrabit omnium bonorum pelagus Deus: nisi se homo euacuet, liberetque se per gratiam Dei omnium malorum abyssō? Ad me ipsum, inquit, anima mea turbata est, propterea memor ero tui. Ita plane: Tunc dignum est memoriam habere Dei, cum anima turbatur ex intima inspectione sui. Vis igitur Deum, vis oleum exultationis, pete vasa, sed vacua, & non pauca. id est vt te non in paucis, sed in multis euacues. Vis animam tuam sanari: gustato eam: & vbi eius

exaltas

4. Reg. 4. amarorem gustaueris, clama: Mors in olla. Si no ueris mortem ollæ tuæ, inuenies vitam animæ tuæ. ¶ Ideo enim Deus exaltat humiliatum, quia generosus est Deus. Nihil verò tam natuū generosis, quam parcere subiectis. Remittit enim Ieo quas conceperat iras, vbi subiectum conspicit inimicum. ¶ Et equidem naturalissimum cuique est, afflictis commisereri. Ea enim ratione rethores docent, in causa difficulti, vt se dicturus humiliet. Hac enim via auditorum sibi animos conciliabit. Cum ergo Deo proprium sit misereri, miseros querit, quorum misereatur.

Vid. Diuū Thomam. Imo cum nulla in Deo maior sit virtus quam misericordia: ita nihil magis amat, quam humiles, in quos se effundat. & nihil magis aduersatur, quam superbos, qui diuinæ misericordiæ non se credunt egere. ¶ Finge Deum ditiissimum esse flumē omniū gratiarū, fontēq; oīs boni, nū fons aut flumē p accliuia subit? Minime: sed p declivia. omnis ergo vallis hoc flumine implebitur, omnis mons & collis deseretur. Iacobus dicit;

Iacob. 1. Omne datum optimum, de sursum est: descendens. Descendens, inquit, si descendit: igitur in humiles descendet, non in elatos. ¶ Adde illud Domini: Si quis biberit ex aqua: quem ego dabo, fiet in eo fons aquæ salientis. Si queris vnde orietur fons: addit, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. Cur nō dixit: fluēt flumina ex capite, ex pectore, ex corde? Et cur non dixit: aquæ currentis, sed salientis? Certè, quia per ventrem: locum vilem, infimum, & abiectum intelligimus.

quo circa, si ex te, aquæ emanaturæ sunt, ex tua vilitate, & abiectione, ab imo tuæ cognitionis sunt emanaturæ. Iam si aquæ salient, ex imo loco salient. Nec n. salit aqua nisi ex infimo loco. ¶ Item, stultus es: si alia ratione exaltarete vis, nisi ea, quā Christus exaltatus est, at hic per Crucem exaltatur. humili auitem se usque ad mortem, & mortem Crucis. Ergo vel membra nos non esse Christi fateamur: vel sicut ille ambulauit, ambulemus. Consilium fuit Deo viam ad cœlum nobis aperire. sed nulla nisi humilitatis aperita est. ¶ Iam quid credis in cœlo esse? Certè est humilitas. Omnis illa beatorum curia, humiliū curia est. Quid enim aliud est, quod Ioannes videt: seniores in facies suas procidere, nisi humilitas, ex Dei & sui cognitione dimanans? Sicut in inferno non sunt nisi superbi. Dictum enim est: Superbia eorū, qui te oderunt ascendit. amat ergo Dñs humiles in terra: similes illis quos amant cœlo. ¶ Demū: vt arbitror, nulla in terris beata esse anima potest, nisi humilis. etiam secundum rationem naturalem. Cum enim vita hęc sit plena malis, quasi sagitis: & plena laqueis, & retibus: quis euadere poterit volantes sagitas, expansos laqueos, nisi qui se contrahit, & paruulus efficitur?

Væ autem vobis Scribæ.

HIC mirari libet Dei largitatem, hominū vero vobis, rō ex Deo dignitatem, ex se indignitatem. q clauditis Profectò si homines claudunt regnum Dei, iidem regnum cœlorum, ante vos. vos enim non & claudant? Rursum, non miraris clavigeros hos traxi, qui in sua ditione, regnum ex manu Dei habent? Quod si id miraculum erat tempore legis veteris: quanto maius est tempore legis nouę, in qua Christus aperte Petro, & eius vicariis, claves tradidit regni cœlorum? quanta verò socordia est, tantum negligere munus! Imo quantum scelus, cœlum occludere, cum esset aperiendum? Voluit Deus regnum suum aperire, & Christus illud aperuit, & magno suo sumptu aperuit, dedique tibi clauem vt aperires. Tu verò contrā claudis. quod si tibi tantum clauderes, tibi tantum malum efficeres: at cum aliis claudas: summum est nefas.

¶ Non negligenter audiendum est verbum illud: non finitis intrare volentes. Nam insitus à natura nobis est ignis hic, & impetus querendi semper beatitudinem. Nihil enim facimus, quo non eam queramus. Contendunt quippe etiam mali, intrare in beatitudinem: licet decipiuntur, in terra querentes: quod in cœlo querere debuissent: sed tandem illa terrenorum inquisitio ex naturali, ad querendam fœlicitatem, propensione descendit. Quarunt igitur eam omnes

Math. 19.

1. Reg. 15.
1. Reg. 16.

Psalm. 38.

Psalm. 41.

4. Reg. 4.

4. Reg. 4.

Vid. Diuū

Thomam.

2. quæst.

30. art. 4.

Iacob. 1.

Iacob. 1.

Ioannis. 4.

Ioannis. 7.

aqua scilicet

enī.

Epi. omnes, licet malè quærant multi. Si ergo mali doctores auxilio sunt ad malè quærendum, & vt quæratur in inferno, quod erat in cœlo quærendum: an non recte illis Dominus inclemat vñká suot multi q melius nativerā fœlicitatem iuuenite contendūt, atq; ita volunt intrare. His si mali doctores p fœlicitate offerat infoelicitatē an non hoc summum piaculū est, aeterno vñ dignum? At miseri illi quibus regnum clauditur, decimas & redditus dant doctoribus suis, vt aperiant: & iporum doctorum professio est aperire: & ipse Deus in populis est, cupiens vt sibi aperiatur: & in doctoribus cupiens, vt aperiant. Quale verò est hominem ē ianua cœli eiicere, & in infernū coniiceres? **o Episcopi, o prædicatores**, quis decebit vos fugere, à iudicio gehennæ? Id certum vobis sit: si non sinitis intrare, hęc vna causa est: quia vos ipsi non intratis, at si intratis: causa est, vt intrent alij. **Quam multis votis erat à Deo efflagitandum**, vt non lineret vicarios suos viam cœli obstruere: vt que in locum suum eos sufficeret, qui id facerent; quod ipse fecit, erat quidem ianua cœli occlusa, & Angelus in porta Paradisi, districtum, & flammantem habens gladiū, ne quis intraret. At Christus suum fudit sanguinem, quo gladij flamma extingueatur, & Angelus statione pelleretur. Hoc exēplum vobis o doctores accipite. Quod si non placet, Christo placeat: vt vobis submotis, nos intrare compellat.

Lucz.14. **Vñ, vobis** Secundum: vñ, est, contra eos, qui oratione q comedi- prolixa armati, imbecillum domos iniudicant. **zis domos** Verè indigēsimum erat, antam orationi iniu- viduarum, riam irrogari: vt ipsa tanti mali esset instrumentum. Sanè anima ab oratione digna, exit diues: amoris plena: Dei desiderio languida aeternorum cupiditate feruens: bonorum suorum obli- ta: diuitiarum suarum prodiga: proximorum ne- xu ligata: imbecillum miseriis compatiens. Exit tandem vel diuina, vel Deificata. Qui ergo fieri potest: vt longa: oratio, aliena surripiat, quæ propria despicit. Qui fieri potest, vt ora- tio Dei, in eos senviat, qui sunt Deo relicti? At certum est, Deo relertos esse pauperes: qui pau- per est orphanorum? et iudex viduaram. Quáto igitur vñ, digni sunt, qui Deo, contra Deum armantur: quique Deum faciunt, contra Deum insurgere? Igitur existima, cum oratione abute- ris, te Deo ipso abuti. Et cum oratione viduam lēdis: te, Deo, Deum lēfisse. Cuius verba sunt. quod vni ex minimis fecistis, mihi fecistis. Et quidem ferri poterat, si viduæ domum per ora- tionem in aliquo lēfisses: at quod orando, totam eius domum deuores, id quis ferat? Agè nunc vide an plerique, qui in Deo gloriantur, lites contra viduas, & orphanos intentent? Et si in omnibus ferè vincant, & pretextu religio- nis pauperum facultates deuorent? Ex dictis multa colligere est. Primum: Caue neabu- taris oratione. Secundò: ne rebus diuinis armie-

ris contra pauperes. Tertium: Attende, Deum curam habere viduarum, & orphanorum. Quar- tò, mirare, qui fieri possit, vt longa oratione oras malus sit. Sed credo longam illam, non adeò ve- ram orationem fuisse. Alioqui dictum est, qui cōseruat legem, multiplicat orationem.

In tertio vñ, illud mirandum occurrit: quod legis zelus, adeò Iudeos accenderit: vt quo vñ facerent proselytū, mare circumirent & aridā: Cur nō ergo Christianos idem zelus inflammat? illos in- stimulabat zelus legis, nō gratia: Moysi, nō Christi timoris, nō amoris: sanguinis pecudū, nō sangui- nis Christi: Cur ergo nos ita desideremus ignauis?

Vñ vobis, qui circum- tismare, & aridā, vt fa- ciatis vñ facili- proselytū.

Roma. 10. Psalm. 68.

Illi peccatores habebant zelus Dei, non secundū scientiam: nos verò, zelus domus Dei non co- medit. ¶ Quod si non zelus Dei, sed avaritia potius ignis, illos ad orbem circumcundum ani- mabat: an non magis facies confundit no- stras: quod malicia fuerit, quam bonitas poten- tior? Reuera stupendum est, quod nostri homi- nes, ad aurum comparandum tot subeant peri- cula, ad aeternitatem verò adipiscendā sint adeò segnes. Cùm Paulus dicat: humanum dico pro- pter infirmitatem carnis vestræ, sicut exhibui- stis membra vestra, ad circumcundum vestris copiditatibus orbem: ita exhibete, ad dignum Deo cultum offerendum. ¶ Porro, quam est ma- ior virtus, quam querere, parta tueri? Imo quam est summa crudelitas, quē summo nisi filium pe- peristi, magna rabie necare? Circumisti orbem, Ierem. 16. vt Deo filium dares. Et in terra Dei, coram oculis Dei, à Deo aufers: diabolo tribuis. an non id summum flagitium est? Flagitium verò par, illud etiam erit, te interficere filios Dei, quos Deo summis laboribus, alij pepererūt. o si excitarētur hoc verbo, qui Christiano nomine gloriantur, ne nouiter ad fidem conuersos, malè tractarent! Sunt exempla morum nostrorum, adeò corru- ptæ: illosque adeò exasperamus, vt se potius vel- lent iugo infidelium premi, quam nostra socie- tate participare. ¶ At graue dubium: Quomo- do nouiter conuersi, malo nostro exemplo, fiant duplo filij gehennæ, quam nos? Cùm potius, nos digni hac duplice pena essemus, vt autores du- plis culpe? Credo id esse dicendum, culpa ho- mitis, semel à Deo illustrati, quiq; bonum Dei gustauit verbum, dupla est, ad culpam eius, qui nunquam illustratus fuerat, quiq; nunquam virtutes expertus erat seculi venturi: vt habet Apostolus: Porro pharisei isti, vt pote à malis pa- rentibus orti, & qui ipsi genimina essent vipe- ratum: nunquam diuino fuerant lumine perfusi. At proselyti, vt diuina luce conuersi, si posteā conuerterebatur à sancto mandato, dupli & cul- pa, & pena digni erant. Igitur peccata eorum, qui semel diuinam gratiam hauserunt, sunt mul- to maiora.

Roman. 6.

neop Syri

¶ Nam, nouimus, quod duplex in sanctis literis, nota sit non taxati numeri, sed maioris. vt illud, fiat in me spiritus tuus duplex, id est, magnus. & illud

Hebr. 6.

Mathei. 3.

2. Petri. 1.

Duplex

4. Reg. 2.

& illud

& illud: de quinque panibus & duobus piscibus, de quo suprà. Igitur duplo filius gehennæ. id est, maximè puniendus in gehenna.

¶ Hinc collige multa. Primum: Per malos ministros, aliquando infideles conuersti, & diuina veritate illustrari. Secundū: si hi conuersi peccent, grauissimè peccare. Tertium: Dignum esse, vel vnum conuertendum propter quem, mare, & aridam circuiremus: sicut pharisei circumibant. Nam & Christus, pro vno etiam animam fudis-

r. Corin. 13 set. Adeò charitas non querit quæ sua sunt.

Quartò: Infideles minus peccare (aliis paribus) quam si conuersi, posteā peruertantur. Quintò: O labores casios, & male collocatos, eius qui circumiuit mare, & aridam: qui noctes diesque laborat, vt prædicet: si sua corrumpat vita, quem comparauerat doctrina: si & ipse, & quem conuerterat, sunt ambo in gehenna torquendi.

Vñ, qui dicitis. q iuuauerut in templo nihil est, qui in auro, debitor est. *Philipp. 2* In quartò vñ: sunt quædam mihi annotanda. Primum: Reprehēdit Dominus phariseos: quod magis auro templi, & donis altaris afficiebatur, quam ipsi templo, & altari. videlicet magis amates sua, quam Dei. An non istud vñ quibusdam clericis quadrabit: qui cupientes beneficia, non de Dei cultu, sed de donis altaris curant: nihil aliud querentes, quam quantum dona & redditus valeant. Item & Canonici quidam, cum sermo est, de templo vel altari, nihil curant, at si mentio sit de opimis distributionibus, currunt ad horas. ¶ Nota quod in tribus prioribus vñ nunquam Dominus in phariseos excanduerat, at in hoc quarto vñ, duces eos vocat cœcos, & stultos. Vt notaret in clericis grande esse avaritię malum. Cuius argumentum, non aliud queras, quam quod avaritię causa, pharisei, & Iudas

Mathæ. 26 Christum morti tradiderint. Reuera magna cœcitas est, donum aspicere non curantes eam manum que donū largitur. Oculos erige, & si amas censem: eum ama, cuius causa censem lucraris.

Cur porcus es, soli glandi attentus, nunquam glandiferam quercum aspiciens? Certè habes, quod cupiditas cœcos efficiat. An nō cœci sunt: qui non vident ea que perpetuo in manibus versant? Quid vero aliud versamus clerici, quam Deum quem quotidie in altari tractamus? Si ergo semper donaria templi, nunquā vero Deum videmus, an non cœci sumus? ¶ At non solum

2. Timo. 6 cupiditas facit cœcos, sed etiam stultos & in fide errantes. Quid enim aliud est, quam error infide, id quod pharisei dicebant: quod iurari in templo & in altari, nihil sit. Agnoscis verum esse, quod

Paulus dicebat: Cupiditas est radix omnium malorum: quani quidam appetentes errauerunt à fide. ¶ Secundò notandum illud: qui iurat per altare, iurat & in eo, & in omnibus que in eo sunt. Pari ergo lege, qui habet altare, habet omnia donaria que in eo offeruntur. Cur igitur, qui curam habet animalium, cum ius in altare habeat, non item ius habet in omnia altaris donaria? Iniquum videtur: te altare possidere, &

altari ex toto inseruire: alterum vero ab altari omnia sibi dona corradere. ¶ Tertiò notandum: quod templum sanctificat omnia, que templi sunt. Ut iam non licet, res templi, in profanos usus, (nisi sacrilegè) conuertere. Quanto igitur verius, altare sanctificabit, omnia donaria & redditus, qui altaris causa clericis offeruntur? Quod si census ex altari sanctificantur: iam videant illi, an in profanos conuerterint usus. Videant, an sacrilegum sit altaris donaria merecibus conferre. Euangelium enim est, quod altare sanctificat donum. Ne ergo sancta propiciantur canibus, neque margarite offerantur porcis. ¶ Quartò: Si templum illud, & altare *Mathæ. 7*. antiquum, in quo sola erat umbra futurorum, *Hebræ. 10*. (id est, in quo nondum Christi aderat presentia) sanctificabat dona adeò, vt criminis daretur phariseis, quod nihil ipsum estimarent: quanto magis sanctificabit nos nostrum altare: & criminis arguemur, si non summo ipsum pretio estimaverimus? Et quia in altari, aqua vino commiscetur, populi cum Christo unionem significans, sic planè vt in altari populus Christo unitus Deo offeratur. Sanctus igitur populus est, quem ipsum altare Deo, & sanctificauit & obtulit. Cur ergo populus sanctus, rebus se prophanis immiscetur?

Vñ, qui sibi velit, iudicium, misericordia & fides. *decimatis* *cū sint grauiora legis, essent nobis apertius scienda, & obnoxius obseruanda. Sat scio D. Hierony.* *grauiora.* *in capit. Malach. 6. & Isai. 16. Explicasse hoc iudicium, vocabulum iudicium. Vt facere iudicium sit, misericordia agas, cum ratione & iudicio agere. Sed ne-* *scio, an sit apertius: iudicium significare equitatem: & frequentius iuris sonare rigorem, quando si in cunctis ferè locis accipias, omnia, iure quadrabunt. Vt illud: in iudicium ego eni in Ioannis. 9. mundum, id est, in equitatem, & rigorem. Et il-*Ioanniss.* *lud: Pater omne iudicium dedit filio, id est, om- nem equitatem, & iustitiae rigorem. ¶ Porro aper- tum est: quid misericordia significet. ¶ Fides vero licet Caietano significet veritatē, atqui arbitror, fidem viuam significare. Ad id creden- dum adducor ex testimonio Micheæ. Vbi cum Micheæ. 6. Dominus: idem quod nunc argumentum tra- staret, conteneretque oblationes, que sibi offe- rebantur: ita dicit. Indicabo tibi o homo, quid sit bonum, & quid Dominus a te requirat. Vtique facere iudicium, diligere misericordiam, & soli- citum ambulare cum Deo tuo. Que ego verba, nunc a Christo adducta existimo, vt id est Christo fides, quod Micheæ, solicitem ambulare cum Deo. At solicitem ambulare cum Deo: est ipsum vehementius amare: eiusque offendam, diligenter cauere. Id vero, fides viua est. Porro hec sunt grauissima legis. Deo fidem viuam seruare, proximo indigenti, misericordiam largiri: peccanti vero iustitiae equitatem seruare. Hec enim tria, in duabus illis, de Dei & proximi dilectione**

Eodem.

Vicarij.

Mathæi. 7. dilectione mandatis cōcluduntur. Idem enim est fides viua & amor Dei. Idem verò misericordia, & iudicium, quod amor proximi. **& 22.**

¶ Iam quia in lege veteri, multo vehementius quereretur rigor, quam benignitas: ideo primo loco requirebatur iudicium. At quia in lege noua potius inquitur amor, quam severitas: ideo circa feret tacetur iudicium, & proximi precipitur amor. Ut quando is puniēdus erit, ex amore puniatur.

Ioannis. 16. ¶ Et arbitror, hęc tria esse, quę Dominus dixit: de quibus Paracletus arguet mundum. De peccato quidem, quia non credunt, inquit, in me. En tibi fides. De iustitia quia ego, inquit, ad patrem vado. id est, arguet mundum de iustitia, seu probitate, & misericordia: quia Christum occiderunt, & ad patrem ire fecerunt. De iudicio demū, quia omnis iustitiae rigor, in mundi principem seruatissus est.

Sed alterum, occurrit subtilius dubium. Cur de mentha, anetho, & cymino: potius quam de aliis rebus, mentio facta est. Et cur de horum decimatione. Et planè si Galeno & experientiae credimus, mentha amarorem quendam habet, quo lumbricos interficit. Habet etiam acerbatem, qua sanguinis ejectiones reprimit. Quod profectò quadrantisimè conuenit rigori iudicij: quonocentes, & sanguinarii opprimuntur & occiduntur. Anethum, multo est mitius. Sed andis enim doloribus apponitur. Quod quadrat misericordia, paupertatis dolores sedanti. Cymimum flatus tollit: Id quod viuæ cōgruit fidei. Hęc enim est quæ flatus, & superbias hominum tollit, dans gloriam Deo, vt Paulus habet. ¶ Porro: non

Roman. 4. vult Deus, ex his tribus, solas sibi decimas dari. Imo verò vult, integrum fidem, plenam misericordiam, sincerumque iudicium. Contra pharisei contenti, non nihil fecisse misericordia, non nihilque mortuæ habere fidei, iam putabant se sanctos esse. At Dominus ex his legis grauiissimus, non querit quæ parva sunt, sed quæ integra. O vos igitur Christiani, qui forsitan, ex his non decimam, sed neque centesimam Deo datis, caute hoc vae.

Væ, qui ho^rvæ sextum, illius admonet: quod nos sumus mundatis, vasa, quorum extimum, corpus sit: intimum anima. Intra vasa hęc liquor est, cibus est. Amor viest calicis, sed intus, pleni estis rapina.

Nescio quis sit huius cibi sapor: quem sibi tantopere cuncta deliderant. At si, esurus, & bibiturus est Deus ex corde, & amore nostro: potius comedet & biberet, ex eo quem nobis ille dat, quam ex quo nos illi damus: at quia vasa animata sumus: non nihil ex vase, hæret cibo, quem dat Deus. Ne Lutherus putet, hic iam contrā nos triumphasse. Vasa nos sane sumus: sed quæ aperire ora possimus, aut claudere. dictum enim est: aperi os tuum, & implebo illud. quasi dicat: O vas, tuum os aperi, vt impleam te eo cibo & potu, quę ego esurus & bibiturus sum. qua ratione, & illud in-

Psalm. 80. possibil

telligitur. Qui aperuerit mihi, intrabo ad illum, Apocal. 3. & cœnabo cum illo. Quid cœnaturus es? Num Psalm. 45, manducabis carnem taurorum, aut hyrcorum sanguinem potabis? Minime, non igitur, cœnabis nisi quæ diuina sunt. Tu ergo afferes tibi cœnam: vasis, (id est, nostri) erit os aperire, aut claudere: & in domo nostra cibus condietur, & parabitur, qui ex Deo veniet, & ex quo Deus cœnabit. ¶ Iam vbi anima plena est liquore, quem Deus bibet: & fructu, quem edet, adeò Deus ea anima gaudet: vt eam, fontem hostiorum: & panteum aquarum viventium esse afferat. Videlicet, quia in orto, cibi: & in puteo, aquę inueniuntur, vis videre Deum sitientem: audi quid fœminę dicat. Mulier da mihi bibere. Vis videre Deum cibi suavitate gaudentem: audi quid dicat: fatus stillans labia tua: mel, & lac sub lingua tua, & demum meliora sunt vbera tua vino. ¶ Quis hīc non clamet. ô Deum vñice humanissimum: num tibi cibus in domo tua deest: vt cibum hominū cupias? An non tu dixisti: si esuriero non dicam tibi. Meus enim est orbis terre, cur ergo, nos nūc, vasa tua nominasti, que mundari cupis, vt tuos in nobis cibos manduces? ¶ Sed quis potius grādi clamore, eos qui ad Deum conuersi sunt, admoneat: vt quia vasa Domini sunt, & cibum Domini portant: perspiciant, quid portent. Si fas dicere est, ex vberibus anime lactatur Deus. Dices num Deus, ab vberibus animæ pendet? Respondeat sponsa dicens, quis det mihi te fratrem meum, fugientem vbera matris meę? Quod desiderium sponsæ, Christus ex vberibus matris dependens, corporaliter impletuit, & spiritualiter implet: cum ad sponsam dicit: Erunt vbera tua sicut botri vineę: & guttur tuum sicut vinū optimum. & sponsa respondet: Dignum dilecto meo, Cantic. 7. ad potandum, labiisque & dentibus illius ad ruminandum, & in frā, Surgamus, (inquit) ad vineas, Eodem ibi dabo tibi vbera mea. Dedit nobis sponsus hāc dicendi facultatem: cum dixit, qui fecerit voluntatem patris mei, ipse meus frater, soror & mater est. Si anima patri obediens Christi mater est: quid mitum si eum illa lactet, sique ille ab eius vbera pendaat? Imo verò, cum fratrem cibas, & potas: cumque illi viscera miserationis effundis: tunc existima Deo sitienti, vbera lacte plena ad mouisse. ¶ Vbera igitur, seu vasa quę Deum cibant & potant, magnopere oportet munda seruari. ita planè. Sed caue, ne mundiciam queras, in extimo, vasis, id est, in corpore. Anima est, quę munda seruari debet. Quod vbi feceris, mundum, te crede corpus habere. munda, inquit Dominus, qđ intus est vasis, vt fiat, qđ & foris est, mundū. ¶ Cur igitur Lutherus dicit: nihil nos in nostra iustificatione operari: cum dicat Dominus: munda, quod intus est vasis! Si mundatutis sumus: aliquid, & multum facturi sumus. ¶ Ne verò vagetis, quęrens quo cibo, & potu Deus, in vase tuo mundo alatur. Scito amore Dei, & proximi, Mathæi. 22. ipsum velle vas tuum, atque vbera replet. In septimo

Vz. In septimō vñ, Dominus dicit: pharis̄eos esse qui similes sepulchra, ossibus mortuorum plena. Ego verò estis sepulchris dealbati, de fo- sub eius facultate adiicerem: eum, qui in peccato mortali est, non solum sepulchrum, sed paruum tis specio quendam infernum esse. Eum, maximè q̄ in profis, intus i- fundum peccatorū venit. Profecto Philosophi mundis. concesserunt, hominem quendam mundū esse Prouer. 18 minorem. Abbreviatus enim mundus qui uis hō est. Et sicut gloria cœli abbreviata est in quo uis iusto: ita horror inferni abbreviat⁹ est, in quo uis iniquo. Vnde & sanctæ literæ, animā iniquam dicunt, cubilia esse, ubi habitent dracones: desertū esse, ubi habitent bestiæ: locum esse, ubi sint tenebræ, & umbra mortis: & demum sepulchra esse, ossibus & omni spurciati plena. ¶ Sanè, ossa vires sunt, & potentiae animæ. Ut enim super colunis ædificatur domus: & super ossibus consistit corpus: ita potentias suis anima nititur. Nec enim anima sine potentias suis erit. Hæc ossa, si Deus in anima est, irrigata sunt: & si sancta deuotio adest, ossa sunt medullata. Id verò præcipue, cū omnia

Psalm. 65. ossa dicunt: Domine quis similis tibi? Gustantes Psalm. 34. enim potentiæ animæ quam suavis est Dominus, dulcedinem in Deo sentiunt: quam cum in creaturis non inueniant, in ea verba prorumpūt: Domine, quis similis tibi? Contrà si Deus ab anima Psalm. 33. absit: ossa sicut crevum areſcunt: Putredo, in os fa ingreditur, & vermes subter eis, scatēt: vt ceci- Abach. vlti nit Abucuch. Tunc confringūtur ossa, & dissipā- Psalm. 140 tur secus infernum, parum est confringi. & dissipa- pari: imo verò moriuntur, vt hic Dominus asse- verat. ¶ At si ossa hæc: Dei vita destituta, ad cœlū interim suspirant, suspiciāt, clamēt, spes vite est.

Ezech. 38 Nam apud Ezechielem dicitur: quod erant multa mortua ossa in campo: quæ quia nō sepulta iacebant, sed cœlum discooperta videbant, reuixerunt. Quid verò est? Ossa discooperta, & non abdita esse, nisi adhuc inter ossa & cœlum respe- etum esse, spirium, & clamorem? Quod si iam ossa, sub profunda consuetudine, sepulta latent, id est, si vires animæ, sub habitibus vitiorum diu-

Threno. 3 iacuerunt, hæc Ieremiæ, mortui semiperni vocā- tur, cum dicit: In tenebris collocauit me, quasi mortuos semipernos. Hæc vocatur propriè, os- sa mortuorū, sub sepulchri lapide clausa. Quod

Psalm. 68. malum à se David optabat auerti, dicens: nō me demergat tempestas aquæ, nec urget super me, puto os suum. Urgeri enim os, est lapide clau-

Threno. 3 di. Et Ieremias flens dicit: Lapsa est, in lacu vita mea, & posuerunt lapidem super me. Videlicet, quia peccatum Iudeæ, vñ erat firmatū, & velut sepulchri lapide clausum. Hic est, infelicissimus hominis status: ubi nullū ossibus cum cœlo cōmerciū est, in quo statu Dominus pharis̄eos esse dicit. ¶ Verū si quis sua sic ossa sepulta intelligit: ne desperet. Lazarum enim Dominus excitauit, sub lapide sepulturæ iacentē. In qua excitatione, licet Dominus lachrymas fundat, sed tandem de- functū excitat. Ideo enim sub lapide monumēti, abdivolut, ipse defunctus: vt hos defunctos lapi-

Ioannis. 21 Lazarus. Math. 27. de conclusos, secum ad vitam reuocaret. Et ideo ipse, cum Iona, ad profundum descendit aquarū, Ion. 4. (a morte, vt a ceto, voratus:) vt nemo quamvis peccato voratus, desperet: se, è mortis, & peccati fauicibus, eripi posse. Id enim significauit Ioseph, Gen. 37. a fratribus in cisternam veterem demissus, & postea eductus fratrū factus saluator. Quia videlicet Dominus, ad pœnam peccato veteri debitam, descendit: vt inde fratrū suorum comodo eductus, eorum posset esse seruator.

In octauo vñ, lis doctoribus est: quid peccauerint pharis̄ei: iustorum monumenta facientes: vt Dominus tantum vñ, illis interminet? Quātum coniicio, duplex peccatum peccauerunt. Primū, quod viri iniqui, ac proinde profani, ossa prophetarum auderent contrectare. Si enim Sobnæ volenti in loco religioso sibi sepulchrum excidere, (cum tamē iniquus esset) dictum est, quis tu hic? Isaiæ. 22. Et quasi quis hic? quia excidisti tibi sepulchrum. quasi diceret: Quid profano, cum sacris? quid Bēlali cum Christo? Si igitur Sobnæ iniquo, fas nō erat, in religioso loco sepeliri, quanto fortius dicitur his vñ, qui cum iniqui essent, religiosa sanctorum corpora tangebant? ¶ Nouimus etiam: quod sacrificia, incensum & reliqui cultus, à sanguineis manibus exhibiti, abominabiles Domini sunt, vt ait Isaias: ergo & sepulchrales hono- Isaiæ. 22. res, viris sanctis a peruersis exhibiti, abominabiles Domino erant. ¶ Alterū peccatum erat quod dicerent. Si fuisset in diebus patrū nostrorū, non essemus socij eorum in sanguine. Quæ sunt verba peruersorū, & in viribus suis cōfidentiū? At profecto nullum non malum audet animus iniquus, si à Deo relinquatur. Cuius rei argumē- Math. 26. tum est Iudas Christum prodens: imo & argumē- tum est, pius Petrus Dominū tam fœde abiurās. Math. 26. Contra vir pius dicit: nisi quia Dominus adiuuit Psal. 93. me, paulomin⁹ habitasset in inferno anima mea. ac si diceret: nisi me Dñs adiuuisse, quid minus quam dæmon, efficerem? Et quid non fecissent pharis̄ei in prophetas: qui ita faciebat in Domi- num prophetarum? ¶ Porro, huius literæ sensus planus est: vos dicitis quod patres vestri occide- rūt prophetas. Testificamini igitur verbo quod estis filij eorum. Implete ergo mensuram patrū vestrorum, vt idem & facto testificemini: quod facietis, me & meos occidentes.

Dicam nunc: quedam moralia puncta. Primū: Hi qui in peccatis sunt, & sanctorū reliquias scri- co, & auro concludunt, sibi eas ad collum suspe- dentes: an non isti ædificant monumēta iustorū? Ex alia parte, Christum Dominum in suo corde occidentes, & fratrū suorum, (fortasse innocē- tium,) sanguini insidiantes. ¶ Secundum: Multo patentius idem reperies, in his qui basilicas edifi- cant, in honorem iustorum, cū sint ipsi peruersi. ¶ Tertium: Occultius idem faciunt mali prædicatores. Cū enim exornant sanctorum dicta, & facta, (quæ horum sunt monumenta.) An non tibi videntur exornasse monumēta prophetarū? Idem

Idem malificiunt scriptores: qui cum sint ini-
qui, audent explicare sensa sanctorum. ¶ Multo
verò peius, qui proximū odit, sepulchrum illū,
in corde suo parat. Si igitur proximus iustus, &
sanctus est, certè, qui eum odit, sanctorum edificat
sepulchra. ¶ Imò & ille qui mortale pecca-
tū parat cōmittere, non prophetæ aut iusto: sed
Deo ipsi edificat sepulchrū. Ut enim qui iustus
esse cupit, in anima sua, Christo parat templum,
& sedem, ubi se deat: ita qui peccatum adornat,
sepulchrum adornat, ubi Christum in obliuio-
ne sepeliat. Idq; maximè si peccatum diutinum
fuerit. ¶ Demum corpora nostra, monumenta
esse debent iustorum, in quibus iusti nomina
uunt. Viuunt enim, non in carne. Sed illuc, ubi
est terra viuentium, Précipitur ergo nobis, ut po-
tius iustorum, quam monumentorum rationē
habeamus.

Ideo ecce ego mitto.

Tria mihi hoc loco annotatione digna vidē-
tur. Summa Dei benignitas in homines: sū-
ma hominum malicia in Deum. summa Dei ap-
madueratio in peccatum. Primum facile cognoscim-
us, cum Deus dicit: Ecce ego mitto ad vos,
occidendos à vobis. Ego Deus: summo amore,
& charitate, quā vos diligo: summa prouidētia,
quā cōmodis vestris consulit: Ego, creator ve-
ster: Ego pater vester. Mitto nomine meo: loco
meo: Ut videlicet putetis illos esse me. Nec tamē
mittentis, vel amor vos continet: vel autoritas
terret. inquit Dominus, Sicut me misit pater, &
ego mitto vos, illa videlicet auctoritate, sapien-
tia & charitate: quā me pater filium naturā mi-
siti: & ego vos filios, per gratiam mitto. Itaq; cū
Apostolos videas: & Christos, & Deos, video
existimes. Quod si magno probro datū est regi-
loas, quod Zachariam filium loiadę, (a quo tot
suscepereat beneficia) interemerit: quāto probro
dabitur Iudeis, qui occiderint apostolos, & ali-
os discipulos: ab eo missos: à quo tanta bona su-
scepereant: & certè, legatos principum omniſe-
curitate gaudere ipsa natura iubet. Cur igitur le-
gatos Dei, in salutem hominū missos, homines
interimunt: Maximè, cum hi Dei legati, nō va-
cui ad homines venerint. Nam cum Dominus
dicit, Ecce ego mitto ad vos, intellige, mitto in
vestrum cōmodum, cœlestes naues, cœlestibus
bonis oneratas. Cur igitur, parricidis manibus
in profundū eas mortis demergitis? & quidem,
omniū hominū approbrazione, sapientes & lite-
rati, (hi maximè, qui spiritu Dei agūtū) in om-
ni veneratione suscipiuntur. Cur igitur vos oc-
ciditis sapientes & literatos: quorū sapientia,
Salomonis collata sapientia, nō erat equalis. Sa-
pientia enim apostolorum, non erat huius secu-
li, neq; ea aliquis principū hui⁹ seculi cognovit.
Sunt mihi hoc loco nūnulla aduertenda.
¶ Primum. Non est hic sermo de prophetis, sapi-
entibus, aut scribis, qui Christum præcesserūt,

Sed sermo est de apostolis, qui eum secuti sunt.
Id probatur ex textu dicente: ex eis alios occide-
tis, aliós lapidabitis. Est igitur sermo de occidi-
dis, & non de occisis. Item dicit, ex eis crucifige-
tis: at non legimus antē Christi aduentū aliquē
prophetā cruxifixū. ¶ 2. Prophetę videtur di-
ci, qui vaticinentur de futuris. Sapientes qui cō-
sulant de presentibus. Scribe qui referant præte-
rita. ¶ 3. Non sunt diversi prophetę à sapien-
tibus. Sed idem apostoli, vt erant sapientes, &
scribes: ita erant prophetæ. In quos enim insiliit
spiritus Domini olim prophetę dicebantur. Ut
Samuelis, & Saulis historia docet. At in die Pē-
tecostes Sp̄s sanctus in apostolos venit. L. Regū. 9
Acto. 2. ¶ 4. Habent Episcopi exemplū in Christo: quos
prædicatores mittere debeant, debent, n. esse vi-
fi, in quibus sit sanctus spiritus: vivi prudentes;
Et in sanctis literis docti, vt simul sint prophete,
sapientes, & scribe. ¶ 5. Quod Iudei omni De-
mino tunc fecerunt, quotidie in ecclesia fieri
existimat. Cum n. prædicatores idoneos, aut per-
sequimur, aut nō recipimus, locū gerimus pha-
risæorum. ¶ Habes igitur pectus Domini, sum-
ma in nos charitate refertum. Qui adeo nostri
amans est: vt dilectos suos, imò illū dilectum fi-
liū suū: persequendos, imò occidendos: vt vel
vnum proselytum faciat: mittere nō cessat. Sed
de hoc iupit., in parabola de vinea, expressius.
Iam accipe hominis impietatem. Ex illis in-
quit, alios occidetis & crucifigetis. Deū immor-
talem, & quale est hominis ingeniū? Cur attol-
litur & superbit homo, qui tātum flagitium au-
det? Cur miser adeo furis: vt in legatos Dei, in
Deū ipsum insurgas? Cur adeo insanis: vt in tuā
utilitatē, in te ipsum sauias? Quis vedit vñquā
tale? Si hi Deilegati, ad vos missi, vos aut vestrā
raparent, non erat adeo in eos sequiendū. Nunc
verò, quid mali fecerunt? Legatione funguntur 2. Corin. 5
pro Deo, obsecrant pro Christo, vt reconcilie-
mini Deo. Et vos in eos & in Christū peccatis?
& sanguinē testamēti pollutū ducitis? Agno-
scis igitur, quis sit homo: agnoscis, perpetuū car- Adheb. 10
nis cum spiritu odiū, perpetuas mutidi cū Chri- Galat. 5
sto inimiciās: agnoscis diaboli cum Deo irre- Ioannis. 15
conciliabile bellū. Cum igitur homo, sine Deo,
caro sit, mundus sit, membrū diabolis sit: quid nō
cōmittet flagitij? Nemo ergo dicat, si in diebus
patrū fuisse, scelus eorum non admissem. Hō
enim admalū est ab adolescentia pronus: & ad
malum à diabolo instigatur: imò profecto, que-
dā mala intentat hō, quē vix dēmonē intentasse
credas. Genesis. 5
¶ 6. Dicitur: in diebus patrū tuā invenies ibi
nūnulla aduertenda. Vbi grauia mihi occurruunt dubia. Primum. Cur in
occisores, & crucifixores apostolorū, omnis san-
guis iustus veniet? Secundū, Cur mentio est, de
sanguine Abel, & Zachariæ: non verò de san- 2. Paralip.
guine tot prophetarū, qui in diebus Manasses 33
regis fuerunt occisi. Tertium: Quis fuerit ille
Zacharias?

Zacharias? Quartum. Cur non dixit, in Iudeos venturum suum sanguinem; sed solùm venturam crucē, & lapides apostolorum, & aliorum Christi discipulorum? Ad hęc, vt clarius respō-

Hęc fuit sententia D. Basilij, ho-
m. 25.

Hęc fuit sententia D. Basilij, ho-
m. 25.

deam, libet à tertio inchoare. Et quidem si con-
staret Zachariam Ioānis patrem, fuisse occisum
inter templum, & altare: nulla erat difficultas in
toto textū. At quia id non constat, & maiores
nostrī ferē huc propendunt omnes, vt Zacha-
rias hic sit filius Ioiadę, ita & ego profiteor: il-
le enim occisus est inter templum, & altare. San-
atrio templi, & occisus est à populo publica au-
toritate Regis, vt hīc Dominus dicit (quem oc-
cidistis) sicut. 2. Paral. 24. habetur. ¶ Iam nunc,
ad secundum dubium est nobis gradus, & quidē
ego optarem dicere: mentionem fieri de Abel &
Zacharia exclusiūe. Vbi nota: sanguinem Abel
vindicatum. Quia eius, occisor Cayn & Lamech
interfectus est. Rursus sanguis Zacharię vindi-
catus est: Ioas rege occiso, & populo mille cala-
mitatibus affecto, vt citato loco textus habet. At
omnis sanguis iustus, inter Abel & Zachariam,
inultus fuit. Nec enim dabis iustum, in eo inter-
uallo occisum, de quo vltio scripta legatur. Nisi
forsan Naboth. Sed Naboth, non à Iudeis: sed
ab Israelitis, id est, à Samaritanis occisus est.
Achab enim nō erat Rex Iuda. Quia igitur, om-
nis ille sanguis iustus, fusus fuerat, sine sumpta
vindicta, quę legatur, ideo dicit Dominus. illam
vindictā nōdum sumptā, effundet in vos Deus:
illam sumet à vobis. ¶ Quod si hęc plana so-
lutio, quia noua, reiicitur, dicendum erit: non
hīc esse mentionem de Abele, aut Zacharia, vt
de personis quibusdam: sed de eorum statibus.
Abel pastor fuit ouium. Zacharias summus pō-
tifex: est igitur sensus, veniet in vos omnis san-
guis ab infimo statu, ad summū hominum gra-
dū: vt solet à nobis dici. Omnes mors proripit:
á Papa, ad eum qui non habet capam. Rursum
Abel, priuato odio occisus. Zacharias publico
consensu. Abel in agro, id est, loco prophano: Za-
charias in atrio templi, loco sacro. Igitur sensus
est. veniet in vos omnis sanguis publice, &
priuatim effusus: in loco sacro, & prophano dis-
persus: infime & sume conditionis hominum.

Etsi hęc placet expositio, nōnulla colligere
ex ea licet. Primum: Si sanguis Abel, & Zacharię,
non semel, sed bis vindicatur: quanto magis vin-
dicabitur sanguis iustus, qui ad huc videtur inul-
tus? Magna est ergo Deo ratio sanguinis iusti.
Et pfecto durus sermo videbatur ille: Ego Deus
Zelotes vindicans in tertiam, & quartam gene-
rationē: at hīc vides vindicari in tricesimam, &
quadragesimā generationē. Nam Abel pr̄ces-
sit annis multis phariseos hos, cum quibus con-
trouersia est. Nemo igitur viros pios, eosq; ma-
xime qui pr̄dicant persecutur: nemo eis mo-
lestus sit, nemo tangat pupillam oculi Dei, Chri-
stos meos (vt ipse inquit): nemo in prophetis
eius malignetur. Quod si malignari contige-

rit, vindicanda iniuria est, aut in ipso qui fecer-
it, aut in successoribus eius. Fit ergo ex dictis
facile: nos labores nostros omnes ascribere de-
bere nostrę culpę: si unquam persecuti sumus
pr̄dicantes. ¶ Ad primum iam dubium ve-
nio: Cur in Pharisēos illos, omnis sanguis iustus
veniet: primum, quia occidentes Apostolum, Math. 25.

occidebant Christum. Occidentium enim apo-
stolum hęc erat mens, is animus: si possent era-
dicare Christum è terra viuentium. Cui volun-
tati Dominus respondit, cum Paulum persecu-
torem alloquitur: cur me persequeris? nec enim
Pauli nifus erat contra Stephanum: sed contra
Christum. Si igitur in apostolis, Christus occide-
batur (ex phariseorum, animo): sicut Christus
excedit omnes iustos: & sicut omnis iustorum
iustitia, ex Iusto hoc (quem nubes pluerant) di-
manabat: ita qui hunc iustum occidit: omnes ia-
stos cum eo occidit. igitur meretur pœnam pro
omnibus iustis. Agnoverunt pharisei, Christum
essē sūmum Mēsiām, saluatorem, & iustitiam, cum
eo simul ortam. Si igitur rabie feroci apostolos Isaic. 45.
occidebant (ne in illo nomine pr̄dicarent) fit Acto rū. 5.
fanē vt omnes iustos, iētu vnicō obtruncare
vellent. Ergo, rationis efficacia hęc est, in Chri-
stos sunt omnes iusti: At in Apostolis Christus
occidebatur, odio iustitiae. Igitur qui Christum
(ex illo odio) occiderat, omnium iustorum de-
bitor est. Interim clamo, o vos qui mortaliter
peccatis, perspicite quod Christū occiditis, pec-
catum vestrum mortale est, quod mortem affert
vitę. Sed heu non affert vitę in vita: sed vitę in
peccatore. ¶ Secundum. videntur mihi priora
ante Christū secula, tenebris & veritatis caligine
plena: at Christi & Apostolorū secula, multo il-
lustriora sole. Adeo enim Christi pr̄dicatio erat
aperta: adeo miraculis illustrata: adeo vitę alti-
tudine fulgida: vt reuera plena esset terra lumi-
ne, & scientia Domini. Iam qui in tenebris ma- Isai. 11.
nēs, occidit: ferē meretur veniam. Quia Paulus 1. Timo.
dicit, veniam consecutus sum, quia ignorans feci
in incredulitate. Porrò pharisei, non cęci, sed vi- Ioāris. 3.
dentes, Christum, & suos occidentes, merentur
totam eam pœnam, quam priores ferē ignoran-
tes meruerunt. Alligabat misericordes Domini
manus, priorum seculorum ignorās increduli-
tas: effusa ergo est ira invidentes, quę ferē effū-
di in cęcos nō debuit. Clamet igitur pr̄dicator,
grauius est persequi pr̄dicatores, & eis non ac-
quiescere: quam antiquorū sanguinem effudisse.
Omnis iustus sanguis veniet super his, qui veri-
tati iam fulgenti, non obediunt. Nam nostrorū
temporū mala, ex hoc fonte dimanant,

¶ Expende, an locus ille Pauli hīc quadrat? Ad-
impleo ea quę desunt passionum Christi, in Coloss. 21
carne mea. Passus sanē fuit Christ⁹ in carne sua:
reliquum est, vt patiatur in carne pr̄dicatorum
suorum. Quod licet cedat in cōmodum ecclesiz: at cædit in immensum vltionis pondus contra
persecutores. ¶ Ad 4. Dubium respondeo,
mitem

Genes. 4.

3. Regi. 21.

Exodi. 20.
& 34.

Prad.

Zachar. 2.
Psalm. 104

Luce. 21. **Item** Dominum noluisse mala minari, his qui crucifix erunt eum: sed minatus est persecutoribus discipulorum. Videlicet propriæ oblitus iniuriæ, memor iniuriæ suorum. Et forsan condonata est hæc pœna crucifigentibus: cum Dominus dixit ignosce illis, quia nesciunt quid faciūt.

Luce. 22. **Forsan** hoc verbum patri æterno alligavit manus, tanti sceleris vtrices. Sed culpa sequentium, vsq; ad mortem discipulorum, eas dissoluit. Adit iam, Amen dico vobis, venient hæc omnia: quæ omnia? non enim retulerat nisi sanguinem iustum effusum. Sanè quia illa quæ Dominus cōcepérat, adeò erant horrēda, adeò crudelia, adeò multa, vt effarivix posset. Ideo tacuit, sed in passione dixit, tanta futura hæc omnia mala: vt rogaturi essent homines mótes, vt se operirēt, &c.

Mathæ. 4. **Ierusalem** quæ occidit, quoties voluit, vt gallina.

Psalm. 90. Libet sentim gallinā hanc exponere: primum gallina exponit se frigeri, nui, & pluviæ: vt tegat pullos, si sub dio sint. Profectò cum Dominus in deserto iacebat: frigoris & pluvijs patens, hanc gallinam referebat. Id est, quod Psalmus dicit, scapulis suis obumbrabit tibi, & sub pennis eius sperabis. Sed hoc ex sequentibus erit lucidius. ¶ 2. Exponit se gallina miluorum rapacitati: cum quibus, vnguis, & rostro contendit: adeò, vt nonnūquā gallina pellas amittat in pugna. Vides ne Christum crucifixum: agnosce gallinam sine pennis. Venerat Dei iustitia, rigor, famescens, peccates pullos raptuta: exponit se, nostra misericordia & pugnatrix gallina, cōtra Dei iustitiam, pro peccatis pullos: hæc potens, illa amans hæc sanguinis cupida, illa pullorum mater. Contendit gallina contra Dei iustitiam: nunquam tam fuit atrox in seculo pugna. Tandem gallina sine pennis percussa, vulnerata, pullos defendit. Id significauit gallina dicēs: si me queritis, finite hos abire. id est, ne tangatis pullos meos: Ego me pro illis obijcio: vides ne, quām sit verū illud, quod gallina ad Deum dicebat: in me transierunt iræ tuae, & terrores tui cōturbauerūt me? Certe quia hos exceptit gallina, ne exciperent pulli.

Corin. 8. ¶ 3. Cum gallina tegit pullos suos sub alas: planè suum eis imparit calorem: & subinde eorum in se recipit frigus. Agnoscis igitur Christum in opem: vt sua nos inopia ditaret. Agnoscis Christum factum hominem: vt nos efficeret Deos. O quantum frigoris, laboris, & doloris nos illi cōmunicauimus. verè enim languores nostros ipse suscepit. & dolores ipse portauit. Vides ne crucis tormenta: frigora nostra illa sunt. At contra, vides in ecclesia Christi gratias & dona: Christi calor illa sunt. ¶ 4. Cum gallina ferè exhaustam vides, credere par est, pullos eius exhausisse vigorem. Pulli enim crassiusculi sunt, ferè matre consumpta. Cum ergo audis Laurentium in prunis, firmum: Andream in cruce constantem: pingues Christi pullos audis. At contra, cum Christum audis, in horto, & in cru-

ce, arescentem: intelligis pullos matris faxisse pinguedinem. Illamq; matris maciem, in pulorum adipem conuersam. ¶ 5. Quām vero gallina, cui pulli sunt, clamosa fit: nunquam non cloccitat: sed tūc maximè, cum pullus quispiam pipit derelictus. Porrò gallinam nostram clamam esse, satis indicat locus ille proverb. sapientia foris clamitat, in plateis dat vocem suā. Quā vero accurrat pipientibus pullis: ipse docet, cū dicit: clamabit ad me, & ego exaudiā eum: cū ipso sum in tribulatione. Docet etiam David, dicens, clamaui, & Dominus saluabit me: & rurum, Ad Dominum cum tribularer, clamaui, & exaudiuit me. & rursum, in tribulatione mea invocauit Dominum. En pullus pipiens: iam nunc audi gallinam: intonuit, inquit, de cœlo Dominus, & altissimus dedit vocem suam.

¶ 6. Illud vero neutiquam prætereundum. Aperit gallina alas suas, sub quas pullos admittat: aperitura, si liceret, & corpus: vt eos intrō recipiat. Ita aperuit Dominus in cruce brachia sua, vt nos omnes susciperet. Et quia ei fas fuit, corpus & cor aperire: iccirco, latus aperuit & cor, vt nos intro ingredieremur. Nec eo contentus, sua nos membra esse voluit: vnumq; sibi nos effecit. Ita enim ille habet: volo pater, vt vnum sint: sicut ego & tu vnum sumus. Adeoq; voluit, sui cordis penetralia, omnibus patere, vt pullis suis dicat, intra in gaudium Domini tui. Atqui ingaudium Dei planè nemo penetrare potest, nisi ad ultima & intima cordis admissus. ¶ 7. Demum nihil gallina edat, quod aut non det pullis, aut impariatur. Ita planè nihil Dominus habuit, cuius nos nō participes efficeret. Nam sic ait, sicut me misit pater, & ego mitto vos, cōmunicavit mihi Pater bona sua per naturam, cōmunico vobis bona mea per gratiam. Ego Christus, pastor, Doctor, Rex, Sacerdos, Pontifex, in dextera Dei sedens, Deus. Hæc omnia nobis, nostro modo, ille donauit: vt nulla esset bucella panis, quam Christus ederet: & quam alijs non cōmunicaret.

Audisti gallinæ ingenium: iam audi pullorū. id est, hominum, debitum. ¶ 1. Credere quilibet Christianus debet, ortum se ex fomento & calore gallinæ. Itaq; in Christo, id est, in vi, & efficacia metitorum Christi, nati sumus. Cum vides Elisæum expansum super puerum, & eius calore puerum rediuiū: An non succurrat tibi, 4. Regū. 4. Christū esse gallinam, cuius complexus & calore, mortui pulli (qui sumus nos) reuiscamus. ¶ 2. Estimare quilibet Christianus debet: quod si Dei gratiam habet, Christi calore habet. Ut sicut heret ex gallina pullis calor: ita heret ex Christo pījs gratia. Quod si calor, vita quedam est, vitam ouis impariens: vt ex ouis, pulli gallinæ similes nascatur: vides Christianæ, si pius es, te propè Deum esse: nam Christus gallina (quæ te exclusit) Deus est, & Deum te ferè facit. dignit enim quidvis sibi simile, Quod & diuus Ioā-

Ioann.1. nes assertit, cum dixit: potestatem dedit eis, filios Deifieri. His s. qui ex Deo natū sunt, quasi dicet, pullis, qui ex gallina natū sunt.

¶ 2. Intelligat Christianus dum pius est, se sub alis Christi esse, atq; ideo se à Christo alienum. Oigitur pulli, nolite solliciti esse, animę vestrę

Math.6. quid manducetis: nec corpori quo induamini. Hęc enim ónia, vobis vestrę præstabit gallina. **¶ 4.** Aduertat Christianus, quod sicut ipse Christi est: ita & alij, Christi sunt. Omnes enim pulli (cum sub alis matris sunt) æquales ferē sunt, non odia gerunt, non corrixantur, non pugnat. Cur igitur nos Christiani sub alis Chri-

Gen.25. sti pugnamus? certè in ventre Thamar, fratres corrixentur, in ventre Rebeccę fratres pugnēt, at sub alis gallinę, id est, Christi, id minimè licet.

¶ 5. Ut pulli sub alis sunt, velut in abscondito: ac ideo in silentio sunt: ita & Christiani sub alis Christi sileant, vnicum illud presidium sibi esse putantes. Ita enim & Dominus ad Achaz dicebat. vide vt fileas, videlicet Dei presidio tutus.

¶ 6. Cur ergo Christiani, in laboribus remurmamus: Si sub alis Christi sumus, sileamus. Sumus enim nos, de quibus David dixit, abscondes eos in abscondito facies tuę. Proteges eos, in abscondito tabernaculi tui.

¶ 7. Iam, sicut contra miluos, nullum remedium pullis est, nisi gallinę. Ita nec nobis contra démones aliud presidium est nisi Christus. Nec enim aliud nō men sub cœlo datum est hominibus, in quo oporteat saluos fieri, nisi in nomine Iesu Christi,

¶ 8. Cum pulli grandescunt, solet gallina velut lęta pinguescere. Erat igitur nobis, vehementer conandum ut grandesceremus. si non ob aliud: certè, vt Christo gaudium & lętitiam exhiberemus.

Iā quoties, hęc gallina vult, nos nunc illos tūc congregare: & nos nolumus: planè nullus est, nec barbarissimus hominum, quem Deus non illuminet, instimulet, & velut impellat: vt pullus gallinam sibi cibum afferentē agnoscat. Vnde enim nos alimur nisi à Deo? quid enim habes

1.Corin.4. quod non acceperisti? Cum ergo ex necessarijs, nihil Deus relinquat ad nos congregandos: quis non videat quām s̄epe ille nos congregare velit: Ah nos nolumus. O homo quid est: quod non vis esse sub tegmine alarum diuinarum? fermentum non vis diuinum? protectionem fugis diuinitatis? beatitudinē renuis in cœlo & in terra? O hominis insaniam: at non insaniam sola, sequitur enim in textu. Relinquetur Domus vestrę deserta: ac ideo vacas: vt intrates in ea septē démones, fiant nouissima hominis peiora prioribus. Deserta: vt in ea habitent v̄lue, struthiones, & dracones. Deserta: vt non inde Deus primicias colligat, sicut de montibus Gelboe. Deserta: ac ideo vidua, quae erat Domina gentium.

Threno.1. Expendis ne verbum illud, Relinquetur vobis? Intelligis ne verbi energiam? equidem summū bonū hominis est, hominē relinquī Deo. Quod

David explicauit, dicens: Tibi relictus es pau- **Psalm.9.**
per: pullus videlicet matri suę. Si igitur summū bonum est, hominem relinquī Deo: quale malum erit, hominem relinquī sibi? Si relinquēs tibi (cum sine Deo, sis démone inferior) quid nō in te faciet démon? Memor esto, quid fecerit in corpore iusti Job. O quid fecisset in anima, si facultas ei data fuisset? Preco te, expende, quid sit, Deum hominem deserere (videlicet, non dando auxilia efficacia, quibus conuerti deberet.) Deserit tunç pastor ouem: medicus infirmum: vita languentem: lętitia tristem: anima corpus: Deus hominem.

Vltimus locus in textu est. **Non me videbitis donec dicatis. Benedictus qui venit in nomine Domini.** Qui locus intelligi nequit, de generatione Iudeorum, quę eo tempore erat. illa enim in peccatis suis mortua est: ac ideo nūquam dixit, benedictus qui venit in nomine Domini. Rursum intelligi nequit de generatione Iudeorum in die iudicij damnata. hi enim nūquam in Christum benè affidentur. Debet igitur intelligi, de generatione Iudeorum, aliquanto ante iudicij diem. De quibus Paulus ait: cum plenitudo gentium intrauerit: tunc Israel saluus fiet. Hi igitur corde fideli, Christo (quem oculis fidei videbunt) dicent: Benedictus qui venit in nomine Domini: vt sit sensus huius loci, generatio Iudaica, hactenus vester maritus fui: hactenus vos in humeris meis portau: hactenus salutem vestrę quesiui: prophetas, scribas, & sapientes mandaui. Iam amodo libellum repudij vobis trado, amodo vos deserō. Non maiorem vestri, quām aliorum infidelium curam habens: ad generationem quippe meliorem me confero, nec licebit iam me in vestrę generatione videre: donec proximè ad iudicium ad me conuertamini: & videatis me, in spiritu perfidem: & in Eucharistia, per panis speciem: & forsitan aliquis vestrum me in carne videat, per reuelationem. Et equidem David

videns arcā Dei dicebat, sic in sancto ap- **Psalm.62.**
parui tibi: vt viderem virtutem tuam
& gloriā tuam. Quanto igitur vehementius, qui Eucharistiam videt, Christum videre dicetur,
Sit illi gloria & imperium in secula
amen.

CAPVT XXIIII.

Et egressus Iesus de templo.

Videtis hec
omnia. no
relinque
tur lapis su
per lapide,
qui no de
struatur.



R I M A H V I V S
Euangelij pars, non est
adeò difficilis, vt terribi
lis. Locus ille templi, Deo
sacer: Dei laudibus hono
rus: domus Dei: Domus
orationis: Christi vestigijs
sacratus: Diuqe Mariæ, san
ctorum, & angelorum præsentia insignis, ita cor
ruit: vt in eo lapis super lapidem non maneat.

Videlicet, quia Christus inde egressus est. Nulla ergo regia dignitas: nulla sublimis eruditio:
nullum illustre genus: nullæ aggestæ diuinitæ du
rant: si inde Christus egrediatur. Stupeat licet,
& admirantur mortales, humanas edificatio
nes, auro, genere, literis, & dignitate fulgentes:
vanum tamen est, vbi Christus non est.

¶ Et quod mirere magis. Ipsa anima, prius Dei
præsentia, eius amicitia, eius diuinitatis gaudens:
ipsa anima cœlum facta: vbi egreditur Christus
non iam cœlum est: non iam pulchras habet edificatio
nes: sed misera fit, in qua nec relinquit
lapis. Quis non admiretur, animæ sanctæ
edificatio? Quis non attonitus spectet animam
Christi sanguine redemptam, sacramen
tis Ecclesiæ diuitem, eximijs auxilijs Dei mu
nitam, singularibus donis donatam! At hæc
omnia, si Christum habitatorem non habent,
penitus corrunt. Et, o rem, omni considera
tione dignissimam! Non relinquitur lapis. omnia
merita, omnia opera, quæ prius fecisti, cor
ruunt. Si peccasti, nihil tibi illorum valet. Ru
sum, omnia dona, quibus anima tua donata
erat, pereunt: vbi enim gratia non est, nulla ple
na virtus est, manet sane fides, sed mortua. Et
tibi manet: non ad edificium, & profectum: sed
ad perditionem & damnationem.

¶ Profundius intremus. Vbi anima in infernum
corrut: nullus in ea lapis super lapidem manet,
perit acumen intellectus ad verum: voluntatis
propensio ad bonum: dignitatis celsitudo ad do
minum: perit animæ libertas: diuinitatis con
fortum: Imo & ipsa animæ immortalitas, ita
vivendo moritur: vt miraculum sit, quod vivat.
Tandem, si in inferno, nullus est ordo: nulla er
go relinquitur edificatio. Adeò enim & ipsa
animæ cum corpore coniunctio, mille tormentis
quassatur, vt & aliud miraculum sit: quod tam
diu perleueret. ¶ Huius animæ specimen est:
anima illa, quæ in profundū malorum, per con
temptum, & peccandi assuetudinem descendit.
¶ Digna planè, est in inferno, delinquentis ani
mæ pœna. Ipsa peccando, nullum lapidem in
suo ordine reliquit: nullus igitur in ea ordinatus
lapis relinquitur. Ordo enim erat, vt creatori

suo cuncta subderentur: hunc ordinem anima
peccatis destruit: cum Deum celissimum démo
ni vilissimo subiecit. Certè edificiū orbis ita ha
bet, vt Deus sit in tecto domus: tum angeli: deo
de homo: sub quo omnia corporalia, sub quibus
mors, infernus, peccatum. Porro anima peccan
do, hunc ordinem inuertit, nihil in suo loco re
linquens. Facit enim vt omnia diabolo seruant,
iusta ergo pœna percutitur, si omnia quæ anima
habet, (etiam naturalia) peruertantur: anima si
quidē in inferno, est sub omnibus reb⁹ collocata.

Secunda huius Euangelij pars sequitur.

Quæ quād sit difficilis, tanta su
per ea, autorum diuersitas declarat. Alij enim si
gna per eam destructionis Ierosolymæ, explicari
dicunt, Alij signa destructionis mundi, explica
ri defendunt. Ego vero affitmatissimè conten
derim, hīc ordinem tradi, & catenam, eorum
quæ à Christi passione, ad diem iudicij futura
sunt.

¶ Credebant apostoli à more Christi, re
stituendum regnum Israel: non amplius futurā
famem, pestem, bellum. sed futurum: vt populus
federet, in pulchritudine pacis, in tabernaculis
fiduciae, & in requie opulenta. Sicut & nunc Iu
dei credunt. Ab hac persuasione eos, & nos Do
minus diuellit.

Docens quem sit mundus ha
biturus statum, ab eius recessu, usque ad suum
secundum aduentum.

¶ Quād verò sit hæc
nostra sententia vera, facile quiuis colliget, qui
Marcum Mathæi abbreviatorem, attentius lege
rit, iisdem enim ferè verbis Marcus loquitur,
quibus Mathæus. Atqui apud Marcum, ita habe
tur.

In diebus illis post tribulationem illam, sol
contenebrabitur Mathæus ita: statim post tri
bulationem dierum illorum, sol obscurabitur. Por
ro dies illos Marcus dixit, futuros tancē tribula
tionis quales nunquam fuerunt. Iam argumen
tum est eidens: si post dies summæ tribulatio
nis, statim sol obscurabitur: At non dum plenè
sol obscuratus est: ergo tribulatio illa summa, nō
dum facta est. Perge porro Si in diebus summæ
illius tribulationis, erit vñ pregnantibus. Ergo
si tribulatio illa non dum fuit: vñ etiam prægo
tium non dum fuit. Et eadem ratione, nec tem
pus illud præcessit, in quo fideles admonentur,
vt ad montes fugiant. ¶ Idem ergo tempus est,
in quo abominatio futura prænuntiatur: & in quo
summa tribulatio erit: & in quo vñ pregnanti
bus erit: & fuga fidelibus indicitur. Et post quod
statim sol obscurabitur & Christus ad iudican
dum veniet. Futura sunt hæc, non præterita.

¶ Rursum, Mathæus dicit, prædicabitur Eu
angelium in vniuerso orbe, & tunc erit cōsumma
tio. Cum igitur consummatio nondum sit: neq;
prædicatio in toto orbe facta est, licet diebus no
stris, parum absit, vt in toto orbe Euangelium
effulserit.

¶ Apertus ergo literæ ordo est, vt om
nia referantur ad temporum successiones: vt sic
hic sensus: queritis à me, ô discipuli, quando mū
dus consumabitur: admoneo vos, multa prius
v iiiij futura.

Accesserat
discipuli,
dicentes.
dic nobis,
quādo hæ
erant, &
quod si
gaum ad
uentus tui.

A&or. 1.

Isaia. 32.

futura. Primum, venient multi, in nomine meo. Id est, qui dicent se Christos esse: ut Simon, Menander, Ben Cozba, Mahumetus. 2. erunt prælia, & opiniones præliorum. i. prælia, & præliorum seminaria. Erunt item pestilentie, fames. neq; enim aduentus Christi, hęc generalia seculi abstulit mala. & in his nondū finis. 3. Tradetur Christiani in tribulationem, occidetur. Quod factum est, usq; ad tempora Constantini, & Theodosij. 4. Erunt Christiani odio omnibus gentibus. cuius veritas diebus nostris testatissima est. Neq; enim est natio, quę nomen Christianum nō odio habeat: Iudei, Persę, Turcę, Tartari, Indi. 5. Erunt multi pseudo prophetę: quos ex Lutheranis, plures videmus, quam vellemus. 6. Abundabit iniqüitas, & refrigerescet charitas. quia à prædicatoribus frigidis, frigidus populus institutus. Id vero malum, à diebus multis patimur. 7. Prædicabitur in toto orbe Euāgelium. Cui rei ab annis 60. opera nauatur strenua. diebus enim nostris, ignotæ omnibus seculis nationes, audierunt Euāgelium Christi. 8. Erit abominatio desolationis in loco sancto. quod signum nōdum venit: cum venerit, summa erit orbis tribulatio. Tuac vix pregnantibus, tunc aderunt Antichristi, qui inducent electos, si fieri posset, in errorem. Inde erit nonum signum. s. solis obscuritas. Et decimā. apparebit signum crucis, & veniet Christus. Hic est rerum omnium cursus, & cathena: cuius cum maiorem partem cernamus completam: certum est & reliquam complendam.

Ex his, tandem habes, quid sit mundus. est enim thesaurus errorum: seminariū bellorum: locus pestilentie: tortor famelientium: afflictio fidelium: odium Christianorum: iniquitatis abundantia: charitatis gelu: pseudo prophetarum fōs: Antichristi pater. Quantum hic locus ab inferno distat! At libenter in his malis habitamus. in experti meliora. ¶ Habis secundò, quam nulla Christiano promittitur in hoc mundo requies. Undique te vallant, o Christiane miserię. tu tibi fugam in montibus colloca: non terrenis, sed coelestibus. tibi Christi professio nō mundi gratiam, sed odium conciliauit. Non unius aut alterius, sed omnium gentium. Sed age singula attingamus.

In primo signo, nos Christus admonet, dices. *Primum signum iudicium. Quia venient multi in nomine meo, videte, ne seducantur inuidicii.* Vbi primum nota, quanta sit hominum impudentia, qui Christi nomen sibi arrogare audent. Quis fore crederet hominem tot miserijs obnoxium, qui sibi nomen Deitatis vendicaret, & munus? Ego, inquit sum Christus, o summa hominum temeritas! o etiam diuinitatis, summa celsitudo, quę tanta est: vt nemo sit, qui eam nō appetat. Est planè angelis, & hominibus diuinitatis insitus appetitus. At diuinitas, non compatriatur arrogancia nominis diuini: sed abiectione animę, & vita puritate. 2. Nota quod dicitur, & multos seducent. O nostram stultitiam, & sto-

litudinem: qui in re tanti momenti seducimur. Vix credimus Christo, tot miracula facientis, ventura certò prædicenti, nos ad Deum conuenti, totum orbem per exiguos homines illustranti. Et credimus, & seducimur a falsarijs. Planè video, naturale esse homini, summum bonū amare, & desideratum gentibus expectare: sed quę non cœcitas est, cuius se summum bonum venditanti, vietas manus porrigitur? Christus, expectatio gentium est, desideratus eorum: quem etiam irrationalia ingemiscunt, & parturiunt. Cur ergo credas ei, qui Christus nō est? 3. Illud verbum: videte ne seducamini: in gentis fiducię est: quasi dicat. Ea feci, quę nemo alius fecit. Opera à me facta testimonium perhibent de me, Ideo etiam si angelus de celo, aliud Euāgelium attulerit: videte, ne seducamini. 4. Aptè vero Dns, principium suatum Galat. 2. admonitionum id statuit, ne seducamur: sciens fundamētum, & radicem vite Christianę esse fidem rectam, non fictam: in Christum genuinū, non factitium. Utinā, verū non factitium Christum, sibi multi depinxerint. Credentes, si totam vitam peccent, in morte fore saluandos. Cum tamen verus Christus dicat, contendite intrare per angustam portam, multi enim querent, nec poterunt. *Math. 7. Luc. 13.*

In secundo signo, secunda admonitio est: *Auditur iesi prælia, videte ne turbemini.* Non turbetur cor vel trum, neq; formidet: si in Deum, & in Christum creditis. Per fidem habetis accessum in gratiam Christi: state ergo, & gloriamini in tribulationibus: scientes quod tribulatio patientia, operatur. Hic sunt, quedam annotanda. Primum, prælia ponuntur in capite malorum: vt pote à quibus, omnes ferè soleant oriri miserię. Secundum, si prælia, pestis, fames, terræmotus, initia sunt dolorum: quanti erunt ipsi dolores? si talia initia, qualis erit & finis? O vere dictum. totus mundus in maligno positus est. *1. Ioānis. 5.* qualis igitur radix malorum est mundus: unde tales prodeunt rami? 3. Cum mala quę Christus hic recenset sint summa, quę homini contingere possunt: cur in tantis malis, Christus suos non turbari iubet? Quid: marmora ne sumus? peccatum ne nobis est quęneum? aut cor ferreū? Num meliores sumus, quam patres nostri, qui hęc mala timuerunt? Timuit Ieremias bellum, doluit Ierem. 14. famem. Fugit Elias Iesabelem: & præ molestia fastidiuit vitam: cur Christus nos iubet esse securos? Certè, quia hęc mala naturalia sunt. At fides in Christum viua, supra naturam est. Si supra demones infernum, & mortem, viua fides imperium habet: imperet: Si gladiū: distingat. Nolite inquit timere, qui occidunt corpus: immo eo ipso netimete: quia occidunt corpus. Si sola ea timenda sunt, quę animam à Christo diuellūt: reliqua non sunt timenda. Dicit enim Paulus, neq; mors, neq; vita, neq; illa creatura, poterit nos separare à charitate Dei, nulla igitur creatura timenda.

*Cœl. 42.
Rom. 8.*

*Concil.
Tridenti.
1. Timo. 2.*

*Math. 7.
Luc. 13.*

*1. Ioānis. 5.
Eodem.*

Reg. 19.

Marci vta

1x16

Luc. 11.

Roman. 8.

Hebrei. 10. *ratienda. Si Christiani accesserunt ad montem Syon, ad ciuitatem Dei viuentis, ad Ierusalē cœlestem: qui ad cœlestia accesserūt, quid timeant terrena?* Profectō, qui gloriatur in tribulacionibus, nō facilē turbatur ab eis. Qui omne gaudium existimat, cum in varias tentationes incidit: facilē permanet firmus. Cum talibus igitur, Christus loquitur.

Roman. 5. *Admonitio tertia est. Tunc tradent vos in tribulationem.* Prius admonuerat, de malis generalibus, non timēdis. Nunc de malis, quæ speciatim propter confessionem Christiani nominis, euenient. Sunt verò mala hęc, tribulatio, mors, odium. Scandalizabuntur in nobis multi: trademur à falsis fratribus: odio habebimur à veris: surgent pseudoprophetę ex nostris, & seducentur multi: erunt pleriq; frigidi, & iniqui: & qui charitatem habebunt, tepescem̄ habebunt. ¶ Horum sensus, planus ex Marco habetur. Ex quo colligere licet, quod ut sensim prædicabitur Euangelium, per diuersas mundi etates, & regiones: ita sensim per easdem regiones, & etates, Christiani odio habebuntur. Non est igitur sensus, quod totus mundus, vno aliquo tempore, Christians oditurus sit. Sed quod, ut sensim prædicabitur Euangelium: ita sensim habebitur & odium. ¶ Cur verò Christus, Euangelium suum cum suorum tribulatione, & morte, prædicari voluit? Nulla enim ciuitas erit, nō Christiano sanguine tincta. Resp. cœlum est rotundum: & in quauis eius parte, est Dei gloria, à beatis videnda: voluit ergo Deus, ex singulis orbis partibus, ad singulas cœli plagas martyres euolare. Ut nullus esset in cœlo locus, qui non martyrum sanguine fulgeret. Emisit ergo orientalis terra martyres, ad orientalem cœli plagam: ita & occidentalis, australis, & Borealis. Et quod de martyribus diximus, de reliquis sanctis dicendum videtur. Iam sicut, à qualibet mundi parte, voluit Deus sanctos in cœlis habere. Ita, à 4. angulis terre, voluit malos in infernum descendere. Rotatur ergo per orbem Euangeliū (sicut sol in gyros suos reuolutus) ad cœli rotam sanctos, ad inferni pœnam malos, emittēs. 2. Sicut in Iudea, Euangeliū prædicatio, in Christi tribulatione, & sanguine fundata est: ita & eiusdem in orbe promulgatio, in prædicatorum tribulatione, & sanguine fundari debet. Tu igitur qui prædicitorum munus affectas, vide an prædicationem, tuo tingi sanguine cupias. Qui enim filii generandi sunt, prædicatorum cupita morte dignētur. 3. Prædictio Christi: qua prædictit suū nomen in toto orbe diffundenduin, suę divinitatis argumentum clarissimum est. Quis enim nisi Deus, rem tam longę futuram (quam nostra experientia comprobavit) prædicere potuisset? Certè, tempore Christi, nulla Antipodium notitia erat: at nūc, etiam illis Euangeliū prædicatum est. 4. Quo tempore, abundat iniquitas, friget charitas. abundans enim iniqui-

tas, Deo manus ligat, ne charitatem multis largiatur. Et si largitur, non feruescentem largitur. Ut enim abundantia bonorum operum Deū mouet, vt larga manu opes effundat suās: ita & abundantia iniquitatis, eum veluti cogit, vt manus contrahat suas. Hoc loco, id dicitur, quia abundantia iniquitas, refugeset charitas multorum. Fieri tamen nequit, quin aliqui sint charitate feruentes: vel. 10. vel. 5. alioqui cum Genes. 17. Gomorra periremus. Aliqui igitur, sunt qui feruent, multi tamen sunt, qui frigent. Sunt enim pauci qui seruantur, s. qui perseverauerit usque in finem, saluus erit. 5. Quo loco videtur indicari, quod sicut ordinarię, & ex comuni curla: qui malè viuit: malè etiam moritur: ita qui bene vixit, & perseverauit, hic bene moritur & salvatur. Qui enim fiat, vt Diues Deus tunc se à seruo suo subtrahat: cum eius est remuneratus labores? Qui fiat vt bonus Deus, quem per totam vitam seruauit, in morte relinquat? Qui Psalm. 9. fiat vt adiutor, in opportunitatibus, in tribulatione, in illa mortis tribulatione deserat? ergo qui exultant in malis, consenescunt in malo: Ecclesi. 11. vt in Ecclesiastico habetur. Et nationis inique, Sapien. 3. dirę sunt consumationes. vt Sapiens ait, & peccatorum mors pessima. Contrà, pretiosa in con- Psalm. 33. spectu Domini, mors sanctorum eius. Plantati Psalm. 115. enim in domo Domini, in senecta erunt huberi, & bene patientes: vt laudes Domini annuntiēt Psalm. 91. 6. Prædicabitur Euangelium regni. Igitur Euangeliū facit reges: facit enim regale sacerdotium: vocat ad regnum Dei: aperit regnum Dei: ius dat ad regnum Dei. Quid ni: si similes Deo 1. Ioannis. 3. faciet: faciet, & reges. Regia membra sunt pii, Christi regis. Iniuriam ergo irrogat Euange- Rom. 12. lio, qui peccato seruit, 7. Prædicabitur Euangelium, in testimonium omnibus gentibus, vt s. Apostoli, omnibus gentibus testes essent Christi. Vita enim eorum, prædicatio, & miracula, A&or. 2. testimonium præbent cunctis, quis Christus fuerit. Rursum Euangeliū prædicatio, bonis testimonium est ad gloriam, malis ad pœnā. 8. prædicato Euangeliū per orbem, erit consumatio. Quę. n. in orbe fiunt, gratia Christi fiunt. Quia omnia in ipso condita sunt, siue quę in cœlis, siue quę in terris. Et ipse primogenit⁹ est omnis creaturæ. Tandiu ergo mundus durabit: quādiu per orbem, Christi nomen annuntiabitur. Cum verò per omnes prouincias, exierit prædicatione Euangeliū, finietur orbis: qui hoc vnum expectabat.

Admonitio quarta est. *Cum Christiani viderint abominationem desolationis dictam à Danielē (quæ acutē intelligenda est) tunc, qui in Iudea sunt fugiāt.* ¶ Hoc, loco multa mihi sunt dicenda, licet nihil interim, de hebdomadibus Danielis attingam. Non quod earum difficultate vixit succumbam: sed quod in alio nostro libello, rei difficultatē, clarissimam lucem inuexerim. quā causa, nolui locum hunc re non necessaria grauare.

Daniel. 9. In calce igitur noni capit is, ex Daniele, ita legitur: Erit in templo abominationis desolationis, &cæ. At hebraicè aliquanto differenter. sic enim habet: Et super templum abominationes desolationis. Scio Munsterum & Sanctem, pro templo legisse, expansionem. hoc modo propter expansionem abominationum, erit desolatio. At cum. 70. interpretes, & Christus Dominus legerint, templum: non est, cur nos expansionem legamus. Stat ergo textus hebreus ita, super templum erunt abominationes desolationis. Vbi, non vnicā abominatione futura, indicatur in templo: sed multæ. Et ita planè à tempore Christi passi, multæ abominationes fuerunt in templo. Prima, quam Pilatus induxit. 2. quam Adrianus Cesar. 3. quam mauri inuenient. In templo enim Salomonis suum colunt Mahometum. 4. verò est, quam expectamus: reliquis maiorem. De qua Paulus hæc verba predixit: filius perditionis qui extollitur super omnem quod dicitur Deus: ita, ut in templo Dei se deat, ostendens se, tanquam sit Deus. Hic qui in templo Salomonis (hoc enim templum per Emphasim, eo tempore, templum Dei dicebatur) sedebit, omnium sententia Antichristus est. Cum igitur inter abominationes templi, hæc maxima erit, iure Dominus eam expressit, dicens Cum videritis, abominationem desolationis, (id est, Antichristum) tūc qui in Iudea sunt, fugiant. Merito quidem dicit, qui in Iudea sunt, cum enim eo tempore, Antichristus in Iudea versabitur: eo etiam loco, eius tribulatio maximè grassabitur. Licet enim in alia loca, tribulatio fundēda sit: at maximè in Iudea, vbi Iudei, cum suo Antichristo, Christianis persecutionem parabunt. Admonetur igitur, ut fugiant nullam de rebus: solum de vita, rationem habentes. Et quia tribulatio per aliquot annos est sequitura: orare nos iubet, ne in sabbato, aut hyeme fugiendum nobis sit. pīs enim Christianis maximè afflictis, piaculum videbitur in sabbato, id est, in festo fugam adornare.

Ioannis. 16. Nota secundò, Erit tribulatio: qualis non fuit, neq; fiet. Deus bone, cur tuos adeò vrges? Cur hostibus tuis tantum virium concedis? Cur mundum adeò malo fine consumas? Prima resp. est. Res spirituales, nō nihil naturalibus proportionātur: at in corporalibus, mulier in tristitia, & dolore filium parit. Et quod maior est edendus puer, maiorem dolorem incutit matri. Dolorq; ille acerrimus esse debet, qui matrem parentem occidit. Iam mundus hic noster (omnis. s. hæc creatura) nunc parturit, & ingemiscit partum eternitatis. Cum ergo, hic partus edendus erit, mūdus necessariò dolebit. Et quia summa res est quām parit, acerrimus dolor erit in partu: tantusq; erit: ut eo dolore sit mundus moriturus. moritur Rachel, cum filium dextrę parit, qui filius eternitas est: nam in dextra Dei longitudo dierum. Et moritur Christus: cū par-

tum Ecclesiæ Christianæ editurus est. & quia partus rei eximiè erat edēdus, eximus dolor Christum parentem oppressit. Illa planè maledictio, quā maledixit Dominus Heuē, dicens: In dolore paries filios: non Heuam solam parentem implicauit: implicauit Christum in cruce: implicabit mundum in fine: sicut & Paulum implicabat, cum partus doloribus afflictatus, dicebat. Filioli, quos iterum parturio, donec formetur in vobis Christus. Sola Virgo Sacerrima summum paritura filium, sumos dolores evasit. At certè quos evasit ad prelepe: sustinuit ad crucem. Vbi doloris acerrimus gladius eius tenebrum cor trāsuerberauit. ¶ Altera respon. est. acerrimus dolor, & terribilium maximus, dolor mortis est: quem hæc partes corporis maximè sentiunt, quæ in homine sunt nobiliores. Cū igitur morietur mundus: nobilissimas eius partes, (pios. s.) maxima quasiabit tribulatio. quia in eas, mali corporis humores, maximè grassabantur. ¶ Tertia responsio. quia cum demoni, iam iam neganda erit lēdendi licentia, tunc concedetur ei: ut liceat maximè lēdere. ¶ Quartò. Erit maxima tribulatio piorū: ut maxima dei mansuetudo prouocetur: ut ad iudiciū exeat: & vindictam de malis hominibus sumat. Alioqui pius Deus, nisi tam vehementi iniquitatum clamore (sicut in Gomorra) non erat ad vltionem irritandus. ¶ Quintò Deus, non ejicit malos, ex sua hæreditate: nisi cum est illorum completa malicia, ut de Chananis, sacra habet historia. Cum igitur mali sint mundi hæreditate pellendi, necesse est, ut per summas iniquitates eorum malitia compleatur. ¶ Sextò. Nemo in cœlum iturus est, non plenè purgatus, voluit igitur Deus hoc breui compendio: pīos in hoc seculo purgare. sicut dem post diem iudicij, iam nullum purgatoriū erit. Instituitur ergo purgatorium pīsens, ijs qui purgatorium postea, non erunt habituri. ¶ Quòd, cōtra Lutheranos purgatorium esse cōvincitur. Et quanta sit purgatoriū pœna, fides colligere possunt. ¶ Ultimo. Nota illud. *Nisi breuiati fuissent.* Intellige, mundum hunc nostrum, naturali Dei ordinatione casurum (contrà, quām philosophi arbitrii sunt) id indicat eius quotidiana diminutio, & velut aperta senectus. Priora secula fuere viridia, iam nunc natura marcescit. Quod verò antiquatur, prope interitum est. *Hebræ. 8.* Scit ergo Deus, quot sint dies quibus duratus erat mundus, naturali ordine seruato. Hos igitur seculi dies Deus abbreviabit: ne in errorē inducantur electi. Ut enim mali homines, qui naturali ordine, erant longum viētū: propter scelera sua, non dimidiant dies suos: sed sicut fœnum velocius arescant: imò sicut fœnum psalm. 36. tectorum, quod prius quām euellatur à natura, exsiccatur à Deo: ita & malus mundus non implebit dies suos, sed eius dies exsiccabuntur, & abbreviabitur.

& abbreviabuntur.

Hinc est iudicio meo: quod cum Angeli omnia naturalia norint, diem iudicij tanien nesciūt. quia eum diem pater posuit in sua potestate.

A&or. 1.

Admonitio quinta est. ne Christiani exeat in locis suis, (in quos se receperant,) ut Christum videant. Si enim exierint presens impendit periculum. Adeo enim Antichristus, & sui prodigiis editis fulgebunt, ut qui conspexerint homines, facile in errorem abducantur. Vbi primum aduertere. Daemonis potentiam adeo magnam, ut signa faciat magna. Aduerte item: quam sit electionis potentia maior: quæ electos non sinet abduci. Aduerte tertio: fieri non posse, ut electi, actu cadant: quod Theologi sensum compositum dicunt. Licet enim cadere possint: sed actus cadendi, est cu electione repugnans. Dixit ergo Dñs: o Christiani, qui partim tribulationum pondere: partim charitatis seruore, meum optabitis aduentum: cauetе ne, ex locis vestris, ad videndum exeat. non erit opus vestro exitu. Ego enim cum venero, non in terram, sed in aera veniam, ad quem locum, ego vos congregabo. Vbi enim fuerit corpus meum, eō vos ego adducam aquilas meas.

Sunt hīc multa dignissimi. primum, illud *fulgur exit ab oriente*. Non dicit sicut fulmen: quod exiguae lucis est: sed sicut fulgur, qđ vnicō iectu totum aerem illustrat. Ita igitur Christus veniet: totum aerem ab oriente in occidentem illustratus. eam lucem videbunt, & qui in oriente, & qui in occidente fuerint. *Planè vallis Iosaphat erit præcipuus iudicij locus*. At mortales, per terrarum spatiā diffundentur, iudicis lumen vindentes.

Secundò dicit: sicut fulgur exit ab oriente. *Vnde Dominus videtur ab oriente exiturus*. Cui applaudit communis Christianorum sensus, credentium, quod in oriente humanitas Christi se-deat. Ab eo ergo loco veniet, vbi nunc est. Ut enim ascendit Dominus super cœlum cœli ad orientem ita descendet ē cœlo cœlorum, sicut fulgur ab oriente.

Tertio, sicut fulgur exīt. Fulgura ē tenebrosis nubibus rutilant. quo indicatur aduentum Christi tempore tenebroso, & cœlo nubilo futurum.

nam quod noctū veniet Dominus, testatur Euā-

Mathæ. 25. gelista, dicens: Media nocte clamor factus est: ec-

z. Thessa. 5. ce sponus venit. & illud, dies Domini sicut far-

Luc. 17. de nocte veniet. & in illa nocte erunt duo in le-

p. Petri. 3. ctō vno. Et item: dies Domini sicut fur in nocte.

Igitur ut Dominus media nocte natus est omni-

nibus: ita media nocte, velut nascetur piis. quæ

erit nox hominibus, sed dies Christo. Ideo quæ

dies Domini dicitur.

Quartò sicut fulgur, dicit: non sicut fulgura,

vt intelligas, breuissimo tempore iudicium cō-

plendum: atque etiam subito & inopinatē. Ergo,

vigilate, quia nescitis diem neque horam.

Quintò: Sicut fulgur illuminans omnia. Illa

enim clarissima lux, adeo splendebit, ut sufficiat illuminare, etiam occulta cordium. Licet enim corporea erit lux illa: erit tamen instrumentum deitatis: quo illuminabit Deus cordium secreta.

1. Corf. 4.

Porrò quod dicit: *Vbi fuerit corpus, congregabuntur & aquile*. Indicat primò illud Pauli. Rapiemur in nubibus, obuiam Christo. Itaque corpus Christi rapiet ad se corpora nostra, nō quidem violenter: sed eo modo, quo aquilæ subleuantur in cœlum. **Secundò** indicatur: quod virtute humanitatis Christi, illa aquilarum congregatio fiet. Ideo enim non dixit: vbi ego fui: sed vbi corpus meum fuerit. Igitur, sicut humanitas Christi, fuit instrumentum meritorum Christi: ita & erit instrumentum eleuacionis corporum beatorum. Et sicut virtus odoris allicit aues in locum, vbi earum cibus est: ita & virtus odoris suauissimi à corpore Christi prodeuntis, allicet ad se corpora nostra. Et licet potuisse dicere: vbi fuerit corpus, congregabuntur membra eius: maluit tamen indicare, quod sicut diuinitas Christi est cibus animarum, quō rapiuntur animæ beatæ: ita & corpus Christi est cibus corporum sanctorum, quō beatæ corpora rapiuntur.

1. Tessa. 4.

Tertiò: Indicatur etiam nobilitas corporum beatorum, sicut enim aquilæ sunt regiae avium: & solet dici, eas esse diuinæ: ita & corpora beata erunt excellentissima corpora: imo, fere diuina.

1. Corf. 5.

Erunt enim iuxta Apostolum, corpora spiritua-

lia, forsitan cœlis nobiliora: seminata quidem in

ignobilitate, surgentia in gloria.

Quartò: Indicantur etiam dotes corporum beatorum, in primis agilitas & levitas: par, & maior levitate aquilarum. indicatur etiam Christum solem esse, in quem aquilæ suos figant oculos. O, rem stupendam, corpora adeo grauia, levia fieri, sicut aquilarum.

Statim autē post tribulationē.

NO N sum adeo lippientibus oculis, quin huius loci difficultatem videam: Sed age aggressum. In primis statuere cupio hystoriam iudicij ad literam. Hystoria hēc est. **Primò:** Si-ne interallo notabili, post persecutionem Antichristi, sol obscurabitur: itaq; non interuenient dies illi quadraginta quos Lyra commeminat: sed statim post tribulationem illorum, sol obtemperabitur. Neque post illam tribulationem, intercedet fidelibus pax: sed statim peracta tribulatione, tenebre aderunt solis. **Vt manifestè** conuincit verbum illud. statim post tribulat. sol obscur. **Secondò:** Sol obscurabitur, non per interiectum nubiū, vel ad apparentiam hominū: sed per miraculosam luminis perditionem. Erit dies illa iudicij, dies veritatis, non apparentiæ. **Tertiò:** Qua etiam ratione, & Luna miraculose lumen suum amittet. **Quartò:** cadet item reue-

Sistoria /
is indicij

*sæc. æc. verò
cadent.*
*cœli contre
miserent.*
*Iob. 26.
2. Petri
ultimo.*
Eccles. vlt.

ra stelle. Deo aliquot illarum vibrante deorum, quō sic expaueant hominum animi. Neq; maioris id miraculi est, quām quod sol aut luna luce priuentur. Neque rursum necesse fuerit, illas cadentes stellas in terram ruere: sed sat erit, si in elemento ignis permaneant, aut aëris: donec in locum suum remeare iubeantur. Quintò: Tunc cœlorum virtutes commouebūtur, id est, cœli ipsi tremēt: vt solet tremere terra, iuxta dictum Iob: Columnæ cœli tremiscent. & Petri: Cœli magno impetu transient. Erit verò ille tremor, & commotio aperta. Sexto: Quo etiam tempore, magno mugitu sonabit mare, & flumina: vt Luce 21. habetur. ¶ Fient hęc omnia ita: quia mundus tunc moritur. Vt igitur, cum quis moritur, oculi amittunt suam lucem, concutiuntur membra, effluit aluus: ita oculi mundi, (qui sunt sol & luna, & stelle) lumen sensim perdent. Quatientur eius ossa: quę sunt cœli. Effluet magno mugitu mare: qui aluus mundi est.

Mathæ. 25. Porro, cum hęc fieri incipient: homines nihil tale metuentes: sed in agro suo laborantes, ad molam suam molentes, in lecto suo iacentes, euigilabunt: egredientur aliqui è domibus suis, current ad publicas vias: spectabunt sursum in cœlum: arescent præ timore, & expectatione aduenientis iudicij. Sentient enim eum clamorem, sponsi esse ad iudicium venientis, extimescent, expauescent, labentur in terram.

Mathæ. 24. Hominibus ita pauidis: En tibi Crux Christi descendit: cunctis astris splédidior: medium mudi noctem, suo splendore, in meridianam lucem conuertens. Hoc est signum filij hominis. Descendet inquam, non ad aërem: In cœlo enim consistet. Apparebit, inquit, signum filij hominis in cœlo. Vt intelligatur: futuram lucem, non iā huic Soli deberi: sed meliori multo luminari, scilicet Crucis. Nouę verò rei miraculo homines attoniti: cum lucentem Crucem vident, nigredinem, & tenebras proprię conscientię cognoscant. Plangent se omnes tribus terre. Quid nisi plangent inimici Crucis Christi: cum ipsa splendentis Crucis lux, impietas impios condemnabit?

Veniente verò Cruce: & fixa in cœlo; ecce sonitus, & clangor immensus tubarum & buccinarum intonat, altius perstrepit, totum orbē. Non erit fictitious, sed verissi. sonus: ipsissimus quem tubę præliorum edere solent. O Christe, prælium inis! Contra quem sunt his sonitus, contra quem bellum apparatus? Num contra hominem? Vermis est, multo minori apparatu in nihilum redigetur. Sed ita par est: vt suam ille ostendat magnificentiam, vt vel hac ratione, qui hęc agnoscimus, caueamus à tanta ira; quā tanta bellica pompa demonstrat.

2. Corin. 15. Dicit Apostolus: in istu oculi, in nouissima tuba. Vbi expende, si nouissima tuba, igitur multitæ erunt tunc tubæ. Et si nouissima: clangent prius aliquæ, & demum aliæ. Eueniet igitur ita,

Christo descendente, totus mundus intonabit, immenso belli sonitu. ¶ Et quia Psalmus dicit: Ignis ante ipsum præcedet: certum mihi est, ex Psalm. 96. pedibus Domini, rotandum ignem, qui omnes tunc viuos absumet: quique purgabit terram. Ut impletat, quod à Petro dictum est: elementa calore soluentur. Nec tamen ascendet ignis ille, nisi quō aquæ diluuij ascenderunt. Nam supra eū locum Christus omnibus spectandus consistet. perstrepent igitur tunc omnia sonitu: sed peracto mundi incendio, clanget nouissima tuba. Et Archangelus voce magna (vt Apostolus ad Thessalonenses est autor) clamabit, vocans mortuos ad iudicium. Aderunt omnes, nullo excepto. ¶ Tunc mittet Dominus Angelos: qui è medio malorum congregent pios. Hi in aera rapientur: expectantes ultima iudicis verba. Hęc hystoria.

Primum se offert: Cur Dominus vult solem, lunam, & stellas obtenebrari? Cur vult hunc mundum emori? Primo quidem: vt vel tunc impij compuneti, ad pœnitentiam redeant: & pīj, si quid dignum pœna fecerunt, desfiant erratum. Secundò: Ita necesse erat: vt senio confectus mudi, cum moritur, mortis edat signa. Tertiò: Ita manifestat iram suam iudex: vt intelligamus iā nunc: Si cœlum iram descendantis iudicis ferre nequit, sed obtenebratur: & defluxum patitur stellarum, quid tūc peccator ferre poterit? Quartò: Ita implet, quod in Sapietia dicitur. Accipiet armaturam zelus illius, & armabit creaturam ad ultionem inimicorum. Intelligent ergo impij totum orbem contra se iratum, tenebris armari: vt tenebris, & morte obruat Christi inimicos. O miserū me qui videbo creatorem & creature oēs cōtra me armari: me videlicet imbecillum, fragilem, & infirmum. Addit locus catus, acuet diram iram in lanceam: & pugnabit cum illo orbis terrarum contra insensatos. Quintò: Sicut moriente Christo, sol & luna tenebris obtecta sunt, & terra tremuit: ita moriente genere humano in impiis: multò magis obscurabitur orbis, hinc dolore morientis hęri, hinc rabie offensi Dei accensus. Sextò: Necesse est vt moriatur Christus, si resurrecturus est: moriatur granum frumenti, si renouandum est: ita si futur⁹ est nouus mudi, si sol fulsurus est septies, Isaïz. 30. moriatur gitur. Vt doceat nos: si victuri sumus, prius moriamur oportet. Septimò: Si tantis tenebris mundus tegitur, ubi iudex venit iratus: non id igitur opus est iudicis: non est opus suū irasci, condemnare, punire: alienum opus eius, peregrinum opus eius, vt apud Isaiam habetur: Peccata nostra velut eradicant Deum à sua nativa pietate: Alioqui, si lubens & gaudens venisset ad pœnam, rideret orbis, plenaque cuncta gaudio essent.

Secundò illud offertur: Cur Christi Crux in cœlo fulgebit? Et quidem iudicio meo, non apparebit solum, sed & fixa in cœlo manebit. Quid en.m

crux in cœlo enim? Si cicatrices in Christi carne perseverabunt: Crux nō erit in cœlo perseveratura? Quid ni, Crux Christi erit in cœlo, si caro nostra erit in cœlo? Sed agè cur in cœlo Crux?

Genes. 3. ¶ Primò: Si Deus gladium flammeum ante Paradisum collocavit, vt homines ab eius ingressu arceret: quid mirum, si Crucem in cœlo, (id est, meliori Paradiſo) collocat: in qua est flamma gladij extincta, & acies hebetata?

¶ Si duces cum triumphant: vrbe aliqua capta, victorię vexillum in summa arce constituunt: quid mirum si Christus cœli arce capta per Crucem, Crucem in cœli collocet loco? Certè regnū cœlorum vim patitur, & violenti rapiunt illud: rapiunt verò per Crucem. Collocetur igitur, in regno cœlorum.

¶ Profectò conuenit clavis ianuæ: Si igitur cœlum tunc toti pitorum multitudini aperitur, (qui tunc in carne cœlum concendet,) an non quadrat Crux cœlo: per quam, vt clavem, cœli ianua aperta est? Nam fortasse Crux est clavis illa David: quæ vbi aperit, nemo claudit: & vbi claudit nemo aperit.

Apocal. 3. ¶ Crux, currus igneus est, qui Eliam è terra in cœlum sustulit. Quid mirum igitur, si vero Elia super cœlū eleuato, eius Crux ad valvas cœli remaneat? ¶ Profectò. Baptismo Christus baptizari voluit, in Crucis torculari: & coarctabatur spiritus eius, donec perficeretur. Optabat igitur Christus Crucis affigi: optabatque cœlum illud nobile & spirituale, (suum scilicet corpus) Crucis insigniri. Quid igitur mirum, si cœlum hoc materiale, eadem Cruce velit exornari?

¶ Insculptur ergo Crux cœlo: quia non erat fas beatos Crucis aspectu in æternum priuati, regnantes: quam ita coluerunt, & dilexerunt, in terra militantes. Paulus dicit: Absit mihi gloria nisi in Cruce. Dignum ergo est, vt Crucem, quam coluit in terra, videat in cœlo. Arbitror enim quod tam exhilarabit oculos beatos Crux in cœlo, post iudicium visa: quam exhilarat cœlum, & Sol, in suo orbe refulgens.

¶ Et quidem: venter qui beatos genuit, Crux est: mater quæ peperit, Crux est: peccatus, quod latuit Crux est. Erat verò indignum: matrem, quæ filios cœlo donasset, extra cœlū collocari.

Sapien. 5. ¶ Ponitur in cœlo Crux: Ut sciant impij: quod sicut piros, ipsi insensati, habuerunt in derisu: vitam illorum, æstimantes insaniam, & finem sine honore: at posteà videbunt eos intersertos computari, & inter filios Deieorum sortem esse: ita Crucem, (quam æstimauerunt stultiæ, ignominiam, & scandalum,) videbunt inter stellas lucentem, sole & luna multo splendidiorrem. Restituit ergo Cruci Christus honorem, quem ei mundus abstulerat. O rerum omnium mutationem, o noua omnia facta. Quis credidisset unquam: furcam, & suspendium cœlo donanda? Certè, rerum omnium dedecus & horror, Crux erat: at eadem decorum cœli supera-

bit. Vult ergo Dominus, se potentem ostendere, qui mundi horrorem, facit beatorum Iætitia. Quid in homine faciet rationali: qui hoc in Cruce fecit irrationali? ¶ Denum sicuti fuit arca Noë, super montes Armenię collocata: postea *Genes. 9.* quām homines ab aquis diluuij seruauit: ita & Crux, vbi homines ab aquis huius seculi, seruauerit, in cœli montibus collocabitur.

¶ Crux in cœlo est arcus fœderis in nubibus, de quo dixit Deus: Videbo areum, & non amplius nocebo hominum generi: ita Crucis cœlis suffixa, non amplius pijdamnum sentient. ¶ Denū Crux apparebit in cœlo, vt notetur cœlum Crucis debet.

¶ Tertium illud occurrit: Videbunt filium hominis venientem in nubibus, cum virtute multa. & maiestate. Ego credo rem ita futuram, vt toto orbis, per Crucem in cœlo fulgentem illustrato, impensisque plangentibus ex parte mundi orientali, nubium maximus turbo apparebit. Nubes illæ parte ima caligabunt: sed parte supera, vehementissimè lucebunt. Ex parte infera, fulgura & fulmina vibrabuntur. Unde, ignis forsitan ille ex ardescet, qui terram comburet. Ex parte supera, apparebit Christus cum sanctis suis veniens. Cogit me ad id dicendum Psaltes, qui dicit: Nubes & caligo in circuitu eius, iustitia & iudicium correctionis sedis eius. Ignis ante ipsum precedet: qui inflammabit in circuitu inimicos eius. Alluxerunt fulgura eius orbi terræ: vident, & commota est terra. Cogit me item Sapientia, quæ cum agit de iudicio, ita dicit: Ibunt directe emissiones fulgurū & tanquam à bene curvato arcu nubium, extirminabuntur. A petrola ira plenè mittentur gradires. Vult igitur Dominus, nubes, fulgura, gradines, iudicio adesse: quibus exterreat impios, illis rebus tā malè vlos. Omnia ergo cœlestia, contra miseros terrenos depugnabūt. ¶ Porrò quod dicit: Veniet, cum virtute multa. Ita sanè ad extitandos mortuos ad glorificados pios: ad extirminandos iniquos: ita sanè vult ostendere gloriam suam, & diuitias misericordię suæ, in vasa misericordię. Ita vult ostendere iram, & notam facere potentiam suam, in vasa ire aptata in interiorum. Quis verò & magnitudinem gloriæ à Dei multa virtute protectam intelligere: aut magnitudinem pœnæ à multo Dei furore prodeūtem sustinere poterit? Recepit Paulus: Scientes terrorum illum Domini, hominibus suademos. Quod verò dicit: Veniet in maiestate, id est veniet tota Angelorum curia comitatus: toto sanctorum agmine stipatus: veniet, cum luce immensa: & (vt supra dixi,) cum incredibili tubarum fragore.

Vt videant impij, heretici, & infideles, quem contemplaverunt. Ut perpetuò heretici impis paucor ille, à iudicis visione conceptus: & dolor ab eius amissa gloria procedens. Ut rursus pij auerant, cupiant, & gestiant gloriæ illius infinitatem.

Quartum illud est: A quatuor ventu, & à summis cœlorum. Et quidem ventos producit Deus athesau

nubes indicij

Psalm. 96.

Sapient. 5.

Roman. 9.

Ibidem.

2. Cor. 10.

Psal. 134. à thesauris suis, id est, ab intimis, & reconditis-
simis terræ visceribus. Congregari ergo à qua-
tuor ventis est: congregari ex abditissi. terræ
locis. ¶ Quod verò dicit: *et summu cælorum.* a-
periri ex philosophia potest. Cùm enim mul-
torum sanctorum corpora in ventum & aërem
versa sint, (corpora enim combusta in aërem
conuertuntur) fit: ut Angeli piorum corpora
reponant ab aere, qui in sanctis literis cœlum
dicitur. Sed Ieremias hunc locū amplius expo-
nit, dicens: Inducam super Elam quatuor vētos,
ab aere
à quatuor plagiis terræ, & ventilabo eos, in om-
nes ventos istos, non erit gens, ad quam non
perueniant profugi Elam. Colligi igitur à qua-
tuor ventis: nihil et aliud quam colligi, ex omni
dispersione terræ. Et colligi è cœlis: quam col-
ligi, ex omni dispersione aëris, in quem multa
sanctorum corpora fuerunt conuersa.

Jerem. 49. Quintum & difficile est, *ab arbore fici discite.*
Cur ficus electa est in parabolam? Maximè cum
ficus, etiam Februario mense folia mittat? Cur
ergo dicit Dominus: cum videritis fici folia na-
ta, dicitis: propè est èstas. Ad hoc dico, non ha-
bere textum: cum ficus protulerit foliola seu
gemmas, tum propè esse èstatem. Sed habet, cū
ficus teneros habuerit ramos, & folia grandio-
ra, tunc propè est èstas. Nam folia illa non ha-
bet nisi mense Maio, aut propè. tum verò pro-
pè est èstas. Sed iam age parabolam explice-
mus. ¶ Cùm Ecclesia nostra, prælatos suos, &
principes teneros habuerit, & delicatos: cum
plena habuerit folia, id est, verba multa, & erudi-
tionem multam, sed sine fructu: propè est
èstas iudicij. In primitiua Ecclesia, erant Episco-
pi ad labores durati, minimeque teneri: non
admodum valebat tunc Theologorum Schola-
stica eruditio: erant verba pauca, opera multa.
Longe erat tunc èstas, nunc verò: habes, quid
velim. ¶ Sed intimius penetra: In Paradiso duæ
Genes. 2.3. fuerunt arbores. Altera vita, altera scientiæ bo-
ni & mali: ita in Ecclesia duplex est arbor. Altera
Mathæ. 7. est Crux, vita scilicet spiritualis, arcta, & angu-
sta. lectulum scilicet in quo sponsa spōsum quæ-
rit. Altera est caro nostra, vita scilicet animalis,
Cantic. 3. & terrena. Cum verò nata fuit Ecclesia: Crux
dura protulit ramos suos, Apostolos scilicet,
Martyres, Monachos, Virgines. Erat tunc fucus
carnis nostræ in hyeme, tota foeda, & deformis.
At vbi processit hyēs: cœpit sensim caro nostra
mollescere, & in gemmas erumpere. Diebus ve-
rò nostris, tota ramis plena est: tota frondosa &
decora est. propè igitur est èstas.

¶ Et nota: quod caro nostra arbor est boni & ma-
li: Crux contra, arbor est mali & boni. id est. Qui
è fructu carnis edit: nunc quidem bonum edit.
Dictum enim est: Recepisti bona in vita tua:
sed postea, qui bonum comedit malum sentiet.
Est igitur arbor primo boni, postea mali. At
Crux nunc quidem mali: sed postea boni. ac
x Corin. 10. ideo, caro nostra arbor scientiæ, crux verò arbor

stultitiae dicitur. ¶ Cur verò caro nostra: &
eius animalis vita, ficus vocetur, audi: Vix cre-
do est arbor, ficus fragilior. adeò, vt prouerbio
locum dederit: ferculæ baculo fragilior. Nul-
li èdificio ficus arbor est apta. Vmbram habet
pessimam. Adeò, vt qui sub ea dormiat, stu-
pus ferè surgat. Ocissimè senescit. Esa pediculos
gignit. At à cœlo non tangitur. Quam commo-
dè hæc carnali vitæ conueniunt? Ea enim nihil
fragilius. Non est èdificio cœlesti idonea. Vm-
bram mortis habet pessimam. quia mors pecca-
torum pesima. Ocissimè omnis carnalis volu-
ptas finitur. Vermè conscientię gignit. Et à cœ-
lo non tangitur. Carnales enim homines in la-
bore hominum non sunt, & cum hominibus nō
flagellantur. ¶ Hæc verò carnalis vita est:
quæ Antichristum profert: pseudo prophetas
gignit: in erroré Christianos abducit. vide quos
pariat fructus hæc arbor infælix. Cùm verò fi-
cus hæc, ramos protulerit suos, carne quidem
teneros, foliis verò diuinitarum, verborum, eru-
ditionis fulgentes: sed sine fructu, tunc propè
est èstas.

¶ Vbi nota: Non hîc dici èstatem regnum Det:
sed eam summam tribulationem quam sunt pij
passuri: quando triticum electorum, ardoribus
torrebitur, falcibus metetur, tribulis atteretur:
Sed reiectis zizaniis, in horrea Dei congrega-
bitur.

Sextum est: Non præteribit generatio hæc.
Nota, apud Dauidem, & Isaiam de duplice ge-
neratione mentionem fieri. Prior fuit genera-
tio vetus: literæ, & timoris. Altera est generatio
gratiæ spiritus, & charitatis. De hac dictum est:
Ne derelinquas me, donec potentiam tuam anū-
tiem generationi, quæ ventura est. Et item: An-
nuntiabitur Domino generatio ventura. Et an-
nuntiabunt cœli iustitiam eius, populo qui na-
scetur. Et item: Scribantur hæc in generatione
altera, & populus qui creabitur laudabit Domi-
num. Et forsan, de hac verificatur dictum Isaiæ:
Generationem eius quis enarrabit? De hac Do-
minus dicit: quod non præteribit generatio hæc,
donec omnia fiant. ¶ Licebit etiam, de Iudeo-
rum generatione intelligere. Neque enim con-
temendum est, quod eorum generatio, per tot
secula duret, gens omnibus gentibus exosa, si-
ne rege, sine lege, sine vrbe, sine prouincia, si-
ne Theraphin.

Septimum, idque difficillimum, *dedit illanci-
mo nouit nisi Pater.* Vbi duo certa statuo. Pri-
mum: nouit Christus secundum diuinitatem di-
iudicij. Hanc nemo nisi Arrianus negabit. Al-
terum est, nouit etiam secundum humanitatem
diem iudicij, hanc nemo negabit qui Christum
iudicem fateatur. Agè igitur, qui fieri potest, vt
ipse Christus de se dicat, quod neque filius no-
uit! ¶ Ad hoc primum respondeo: Quòd dies
illa dicitur dies iræ: furoris: vltionis: zeli: vindi-
ctæ: vt ergo non nouit Dominus operarios ini-
quitatis.

*Sophoni. 1.
Mathæ. 7.*

Math. 25. quia tatis ipse aequus: & vt non nouit virgines fatuas, ipse sapiens: neque peccatum nouit ipse bonus: ita neque nouit diem irae, ipse clemens: neq; diem furoris, ipse patiens. Nouit sanè diem illum: sed non nosse dicitur: quia refugit: exhort.

Ioannis. 3. ret: dolet. Planè cum Christus primum venit: non venit, vt iudicet: sed vt saluet. Saluator igitur nescit iram, non nouit furorem. Veniet postea in secundò aduentu: non iam pius, sed zelator, & tunc diem furoris sciet. Interim verò quod ad saluandum misericors venit, iram, & furorem dicitur ignorare. At pater èternus, apud quem, sicut est misericordia, ita & ira, diem iræ planè cognoscit.

Mat. 25. ¶ Secundò respondeo: Christus (vt homo,) dicitur vir dolorum, & sciens infirmitatem: quia omnem dolorem, & infirmitatē cognouit, proprio eas gustu degustans. Nouit ergo eas proprio experimento. At iram illam iudicij, dolorem illum: terorem: calamitatem: miseriam: Christus non gustauit. Solis enim damnandis relinquuntur illa gustanda. Nullus interim viuorum, neque homo: neque Angelus: nec ipse Christus, (vt homo:) illius doloris acerbitatē gustauit: & ideo non nouit. Pater verò, infinitate suæ sciètiae, nihil non comprehendit. Ideo dicitur cognosse, & astimare, quod Christus (vt homo) non nouit: quia non gustauit. ¶ Tertiò respondeo: Anima Christi finita est: ac ideo infinitum

3 par. q. 10 comprehendere nequit. Autor est Thomas: Porro, quia ira Dei, (qua in impios sequiturus est,) infinita erit: ideo Christus (vt homo) eam nescit: Sed solus Pater eam comprehendere omnino potest. Filius vt homo comprehendere non potest, qui videtur germanus literę sensus. Tanta enim erit Dei Patris ira in die illa, vt mens finita, eam comprehendere omniō nequeat.

¶ Quartò respondeo: Anima Christi nescit diem illam, neque horam: quia tunc neque dies est, neque hora. Cùm enim cœli cessarunt à motu, dies naturalis non est, neque hora. Hora enim & dies fiunt à regulato cœli motu. Est ergo sensus: ne queratis discipuli, quod die, hora, aut mens, iudicium erit. Non erit tunc horarum, aut dierum ordo, quæ ab hominibus cognosci solent. Incipiet tunc èternitas, quæ soli Deo à natura sua nota est. ¶ Quintò respondeo: Animam Christi, & Angelos, considerari posse in naturalibus suis: aut etiam cum diuina reuelatione. Dies ergo iudicij: vt pote omnem naturam superans, nulli menti creatę naturaliter nota est. Igitur mens Christi, secundum suam naturam, eum diem dicitur ignorare: quem Pater èternus, ex sua natura cognoscit. ¶ Sextò respondeo: Sacram scripturam non abhorrere à formalibus locutionibus. Nam Ioannes dicit: qui natus est ex Deo, non peccat: sed neque peccare potest. Intelligens quatenus ex Deo natus est. Rursum dicit: qui in Deo manet non peccat, id est, quatenus manet: ita etiam filius Dei diem iudi-

cij non nouit, id est, quatenus magister Ecclesiæ est, Pastor: Rex: Dux: Saluator: Nouit tamen quatenus index futurus est. Si enim quatenus magister, & pastor nouisset: id Ecclesiæ reuelasset. Quæ enim audiui à Patre, (inquit,) nota feci vobis. Et, verba quæ dedisti mihi, dedi eis: & ipsi, **Ioannis. 13.** accepit. Et itē: spiritus suggesteret vobis, quæ cunq; dixi vobis, quod ergo non docuit Ecclesiæ, **Ioah. 14.** dicitur non nouisse: vt Ecclesiæ magister.

Sed agè, quæ erat necessitas, quod Christus hæc verba diceret: quæ fuerunt multis errandi occasio: & quæ Christo videntur dedecus impingere? Primum: vt nemo fidelium, precibus in æternum pullaret, aut homines: aut Angelos: aut Christum: vt diem iudicij reuelet. Desperant igitur homines se hanc rem posse cognoscere. Secundò: Nullam Christus sui honoris habet rationem, vbi agitur de nostra salute. Vult **Math. 24.** potius, vt vigiles habeamus animos, expectantes Dominum nostrum: quam quod sciamus eum scire, quod nos voluit nescire. Tertiò: Si dixisset se scire, nec reuelaret: notam suæ charitati inureret, potius ergo voluit, firmam nos de sua charitate habere opinionem: quam de eius omni scientia, certum habere conceptum. Dixit enim: vos dixi amicos: quia quæ audiui à Patre, nota feci vobis. Quartò: Ne quis per Epistolam: aut **Ioannis. 15.** Prophetiam: aut reuelationem, se diem iudicij nosse iactaret.

Octauò: Explicandum est illud: **erant edentes & bibentes.** Quæ verba Emphasim habent: id est, toti id curātes. Et certè nostra humanitas has duas habet cupiditates: alteram edendi, vt seruetur indiuiduum, alteram nubendi, vt seruetur species. si igitur qui toti se huic cutę (quam Dominus insevit nostræ naturæ) subiecerunt, damnantur: quanto potius damnabuntur, qui se totos dederunt superbiæ: avaritiæ & aliis quæ non Deus: sed diabolus zizania dispersit.

¶ His verbis voluit Dominus admonere: quod prius iam admonuerat: scilicet ne solliciti simus animę, quid māducet, &c. sed quereremus prius regnum Dei, & reliqua omnia essent nobis ad manum futura. Neve grauarentur corda nostra, **Luc. 21.** crapula, & ebrietate: sed diei iudicatoriæ incertitudo: præmiorum, & pœnarum infinitas, animos nostros haberet erectos, atque suspensos in cœlestia desideria. Præcipit id Paulus dicens: Reliquum est: vt qui habent vxores, tanquam non habentes sint: & qui flent, tanquam non flentes: & qui emunt, tanquam non possidentes: & qui vtuntur hoc mundo, tanquam non vtuntur: præterit enim figura huius mundi. Et, **Eodem.** vos sine solitudine terrena esse: sed infinitatis illius curam habere. Quod si præstaremus: quadraret in nos illud Apostoli, vos non estis in tenebris: vt dies ille vos sicut fur comprehendant.

Vltimo explicandum est: Cur Dominus speciatim meminit, de molentibus in mola: de recumben-

cumbentibus in lecto: de laborantibus in agro? ¶ Primò: His verbis circuiuit omne hominum genus. Viros, fæminas: pauperes, diuites: nobiles, seruos: vigilantes, dormientes: urbanos, rusticos. Secundò: Hoc explicatur ex Exodus, ubi habetur: Morietur omne primogenitum in terra Ægypti: à filio Pharaonis, usque ad primogenitum ancillę, quę est ad molam. id est, à summo ad imum: Sic ergo cum assumit Deus, ex sedentibus in lecto, usque ad molentes in mola, intelligimus eum assumere ex summis usque ad imos. ¶ Et nota: Primam hoc loco haberi rationem eorum qui in agris sunt: quia rusticationem creauit altissimus. Postea primus circuitum structor fuit Cain. Ultima verò ratio habetur de ociosis. ¶ Nota etiam: unus assumetur, & unus relinquetur. O utinam media pars hominum saluetur: optandum illud esset. Et non tantopere formidaremus tremendum illud, qđ ex quatuor seminis partibus, sola quarta profecit. Vigilandum ergo nobis erit, si ex duabus unus est relinquendus. ¶ Assumetur, inquit, & relinquetur tacetur interim quō assumetur, & ubi relinquetur: neutrum enim humanus animus capere poterat.

Vigilate itaq; quia nescitis.

SI sciret Pater familiās, qua hora fur veniret. Hoc loco, nomine furis, non diabolus, neque aliquis aliis: sed solus Christus significatur. Id ita esse ipse contextus arguit, qui sic habet. Si sciret Pater familiās, qua hora fur veniret, vigilaret ita & vos vigilare: quia nescitis, qua hora filius hominis veniet. Manifestè hīc se comparat furi. Idē in Apocalyp. 2. Si non vigilaueris veniam ad te, sicut fur. quod repetitur Apocalyp. 16. ¶ Cur verò Dominus sic se nominauerit, non est facile dictu: sed, prima ratio sit: quia malis hominibus non de die, sed noctu veniet. (Vt fures solent) Piis non venit Christus vt fur. Nam iuxta Apostolum, vos non estis in tenebris: vt dies illa, tanquam fur vos comprehendat. At quia mali in tenebris sunt peccatorum: Christum vt furem, sentient, de quo dictum est: Quod cum peruerso peruersus erit. Videbitur igitur in piis peruersus Christus. **S**ecunda: Et sicut fur non expectat, vt furetur: quo tempore vigilantior est Pater familiās, sed quando est somniculosior: ita Christus non abducet ex vita impium, cū aptior ille cœlo est: sed aliquando cum est ineptior: & inferno habilior. Falluntur ergo, qui credunt: tunc Christum homines vocare, cum sunt illi meliores: imò si impij sunt, aliquādo vocantur, quando peiores sunt: vt Iudas aperte monstrauit. Tertia: quia fur non venit, nisi vt furetur, & mactet, & perdat. Ita Christus contra impios venit: vt eos donis quę habent spoliet, occidat: quę: ea morte, de qua dicitur: eum timete, qui

animam mittere potest in gehennam. Neque satis erit Christo, impium expoliasse, & mactasse: nisi & cum omnino perdat: vt bonum ei esset, si natus non fuisset. O misericordiam, is qui in furem hunc incidit: non solum expoliatur, nec semiuius relinquitur: sed ita mactatur, ac si nihil vitæ haberet: & id quod habet melius esset, si non habuisset. Iure flebat Ieremias dicens: Factus est mihi quasi inimicus, & quasi hostis. At misero qui spoliatur, non fit Dominus, quasi hostis: sed fit acerrimus hostis: nō quasi inimicus: sed fit acerbissim. inimicus. vt vere Propheta dixerit: Ursus insidians factus est mihi, leo in absconditis. ¶ Ergo cum auferat Dominus à viro pio temporalia bona, fur forte dici potest: sed fur est meridianus: non nocet, aut parum nocet: sed vñ cum ab impiis bona abstulerit æterna, fur tunc est nocturnus. ¶ Dices, si fur est, quid furatur? Certè, quicquid bonum tibi esse potest, relinquens quicquid noxiū esse potest.

Non sineret perfodi domum suam. Num potest homo diuinæ rebūtere voluntati? Si ille vult dominum fodere, quis homo est, vt non sinat? Ad hoc primum respondeo: Quod viri sanguinum, & Psalm. 54. dolosi non dimidiant dies suos. quod Ezechias dolebat dicens: Dixi in dimidio dierum meorum, vadam ad portas inferi. id est, ex impiis esse videbar, quorum Deus dies dimidiat. Cum ergo peccator, à peccatis suis cessat: tunc non sinit quod Deus illi dies dimidiet. Neque ergo sinit, quod sui corporis domum perfodiat, iubet igitur Dominus, vt vel certè à peccatis cessemus: sicque non sinamus, vt domus nostras ille perfodiat. ¶ Secunda respōsio est. Apostolus dicit: Licit terrena hæc habitatio corrumpatur: illa tamen quę in cœlis est, non manufacta, in æternum est duratura: hæc verò habitatio cœlestis cum nos peccamus, destruitur. Deus enim illam perfodit, quam nostra merita prius construxerant. Iubet ergo Dominus vigilare: nec committere, vt perfodiat Deus cœlestem illam mansionem: quam à baptismo in cœlis cœpimus ædificare. ¶ Tertia respōsio est: Anima quę vigilat, queque diligit aduentum Domini cum Paulo: statim vt ad mortem sentit se vocari, & Christum pulsare intelligit: confessim illi aperit. Cupiens dissolui & esse cum Christo: cupiensque transire in locum tabernaculi admirabilis, usque ad domum Dei. Non ergo sinit se perfodi: quę Psalm. 42. venienti statim aperit. Porro peccatrix anima, quę adulterum, id est, peccatum habet in lecto, id est, conscientia: cum mortem pulsantem, & Christum sentit venientem, voluntatis ostium occludit. Neque enim vult mori. At Deus languore corpus perforante, animam è domo educit. Sinit igitur peccator corpus perfodi, nolens Christo voluntatis portas aperire. ¶ Quartò. Cauti viri, cum mensis Martius adest, ipsi sibi venas secant: sanguinem minuunt: malos humores potionibus evacuant: atque ita nō sinunt

Roma. 8. Sinunt meditū, venas corporis scindere aut aperte. Contra viri in se indulgentiores, corruptos in corpore fouent humores: atque ita medieis corpora sua perfodienda concedunt: Ita plane pīj homines carnem mortificant. Ut ita eam effodiendi occasionem non prebeant: Sed Christianos negligentēs perforat Dominus. Aliquando sicut medicus, ut sanet, in morte vero, sicut hostis, ut perdat. Vigilate itaque, ne vos Dominus sicut hostis perfodiat.

Ecclesi. 47. Quinto: qui domum habet egregiè edificata, murisq; fortibus cinctam, nihil furem, aut hostē timet. Porro cui domus est exesa, & debilis: si vigilat, curetque: ut si quis in pariete infirmior est locus, si instauretur & reparetur. Alioqui ansam furi dederit (si locum nouerit) ut fodiat & furetur. Ita plane si virtutibus plenus, moribusq; integrus fueris, minimē sines animam tuam diuinę vltionis gladio feriri: At si maculā dedisti in gloriam tuam, si culpam admisiſti lethalem: Christus veniens in morte, per illam culpe rimam, intrat: ut te expoliet. Egregiè **Isaias:** inter reliquias felicitates, quas viro pio permittit, vna illa dicit: vocaberis (inquit,) edificator sapienti: quod Hebreis sonat, vocaberis reparator tuinaruni: indicas pīj hominis vigilantiam, qui in id vigilat semper: ut nulla suæ conscientiæ pars ruinas habeat: quas non reparare contendat.

Exodus. 33. Sexto: o Christiane, si intra Christum es, si te in petra abscondis, nō sis te perfodi. Obiicis Christum tibi murū, & antemurale: ne timeas, iam pro te Christus in Cruce perfosus est. Securus esto, non veniet ad

Threnos. 4. te calix. At si extra Christum es, te para. Angelus **Exodus. 12.** venit percutiens: percutiet te: percutiet primogenitum tuum: nisi te Christi sanguine linitum viderit. **Septima respōsio:** Peccasti & langues, vult Dominus tunc rumpere parietem corporis tui: antequām id fiat, tu illi obice lachrymas, genitus, & penitentiam: hac ratione sines quidem perfodi domum: sed patri, non furi: amico, non hosti: illi, qui ad te ditandum, non expoliandum venit.

Lucus. 12. Ideo & vos cito paret. Quia ratioē parabimur: egregiè explicauit Lucas: Sint lumbi vestri prēcincti, & candelæ ardentes in manibus vestris.

Mathē. 25. Tria igitur exigit Dominus: castitatem in lumbis, misericordiæ oleum in vasis, charitatis coelstem lucem in operibus. Castitas mortificat carnem. Misericordia exornat animā. Sed lux charitatis illustrat vtrumq;. Amor igitur Dei, amor proximi, & carnis castigatio paratum hominem reddit. Et id fortasse est, quod infrā requirit Dominus, ab iis quos in cœlum subiecturus est. Videlicet, ut virgines sint, lampades habeant, cum oleo accensas. In virginitate, castimoniā intellige. In oleo, misericordiæ opera. In luce, gratiam.

Eccl. 11. Et sanè res digna consideratione, cur adeò amet Dominus corporis castificationem. Dicit enim Ieremias: postquam conuertisti me, percussi fœmur meum. Videlicet, quia castigabat se, absti-

nendo etiam ab iis, quæ coniugati sibi concedunt. **Quod fortasse significabat,** quod post lucam Iacob cum Angelo, emacuit fœmur. Ut Genes. 32: enim nobis cum Angelo luctatum est, incipimus confessim, naturali quadam inclinatione carnē affligere. Profecto, quia Angelus hic cū quo lucam, habet gladiū, sed sup fœmur: ideo peccatum Psalm. 44: fœmur antagonistę. Memeto Patriarchatū: videbis eos suā carnē cohibusse. Job fœdus cū oculis pangit, ne virginem videat. Abraham vix acquirescit Saræ roganti, ut cum Agar congregatur. Isaac, vna Rebeca contentus vivit. Qui vero ex maioribus illis, paulo fuerunt in libidine Genes. 24: effrenatores, pœnam culpæ suæ, non exiguum retulerunt. Satis id Samson, David, & Salomon, ostenderunt.

Quis putas est fidelis? Resert Lucas: postquam Dominus precedentia verba dixisset: Petrum, à Domino quæsisse: Ad nos dicas hæc, an ad omnes? Tunc Dominus cum docuisset, quæ ad salutem generalem erant necessaria: videlicet lumbos habere prēcinctos, & lucernas in manibus ardentes: subintulit, quæ prælati essent necessaria. Dicit ergo: quis putas est fidelis seruus &cet. Vbi primum verbum est, Fidelis: equidem, cum Math. 16: Petrus Christum filium Dei confessus est, se fidelem exhibuit. Qua causa Dominus ei prælationis promisit dignitatem. Et licet promissio nem: Dominus Petru non impleuerit, nisi ter interrogato, an Christum amaret: atqui hoc loco Ioannis vltimo: nulla de amore mentio est: sed solū de fidelitate. Ut taceant heretici qui dicebant, statim non esse prælatum, qui amare desierit. **Secundū** verbum est: Seruus. Vbi multa egregia sunt. Primum, est humilitas. Seruus es: non dominus. te ipsum agnosce. Secundò: Inter Christianos, non men serui, dignitatis est nomen. Paulus epithetum illud, nunquam non usurpat dicens. Paulus seruus I E S V Christi. Et quid mirum, si Paulus id sibi afferat: cum Dominus dicat: Non ve ni ministrari, sed ministrare. Tertiò: aduertat Prælatus: eo nomine non solum, seruum Dei & Christi se fateri: sed eorum etiam, quibus prælatus est. An non id satis esset: ut prælatus in suo continetur officio? **Verbū tertiu est:** Prudens. de quo diximus suprà, cū de serpentū prudētia agrem⁹. **Quartum** verbum est: Quæ cōstituit Dominus. Facebat iam Luther, dicens: Pontifices non esse superiores iure divino: sed solo hominū delectu subiectos. Mentitur: Imo constituit Dominus super familiam suam. Sed heus tu attende: familia hæc, Domini familia est, filiorum Dei, heredum Roma. 8: cœli: quam si recte alueris, tāta dignitate dignos efficeris: sin minus: heu in infernum, è tanto terū protrudes fastigio. Vide obsecro, quid sit prælatum esse familie Dei. Principum pedagogum: filiorum Dei magistrum. O rē omnium summatam. **Quintum** verbum est: Ut det illis cibum in tempore. Vbi video sanctos doctores consentientes locum exponere de prædicatione. Ego vero, ut ita

ita esse, sed non maximum id esse credo. Cibus. n.
Christianorum caro Christi est. dicente ipso: Ca-
 ro mea verē est cibus. Igitur munus p̄elati est:
 dignā reddere Dei familiam cibo diuino. Ad quā
 functionem, cum sit necessariaverbi p̄edicatione,
 ea Prelatis incumbit. Quid igitur Episcopi cotēti
 sunt, vicarios causidicos habere; qui lites tantum
 definiant: Minimē hoc p̄elati officium est; aut
 certē officium minimū est. Pastor pascere gregē
 habet: minimū eius munus fuerit, si quēs contē-
 dere contigerit, baculo eas auellere. Pascere igi-
 tur est propriū munus pastoris. Audi Ezechielē
 de pastorali munere loquentem: Inducam eas
 (Pastor verus loquitur) in terram suam, pascam
 eas, in montibus Israēl, in riuis, & in cunctis sedi-
 bus terre: in pascuis vberimis, in montibus ex-
 celsis erunt eorum pascua; ibi requiescent in her-
 bis virentibus. Et in pascuis pinguibus pascetur,
 super montes Israēl. Parabolice hęc omnia dicta
 sunt, quin vno verbo audi: Prelatus es, & pastor,
 da hominibus Deū in cibum, fac eos Deum suū
 gustare, Deo ali, Deo pasci. Hoc erit dare tritici
 mensuram. Deum nosse, amare, & gustare, & vi-
 dere, quā suavis est. Ea sunt demū pascua vberi-
 ma: herbe videntes: montes excelsi, riui lucentes:
 Tu gusta, & me non senties esse mentitum. Hinc
 igitur habes, quod sit pastorū officiū, quod ex
 eorum dissuetudine penē in obliuione abiit. Pr̄
 dica, lege, castiga, obsecra, increpa, o pastor. At
 hęc omnia eo dirige, vt familia tua carnē Chri-
 sti sumat in Eucharistia: Deumque, & eius sapo-
 rem gustet in anima. Nec te credas, tuo munere
 functum, nisi hoc egregiē peregeris. Porro quod
 dicit: Vt det illis cibum in tempore, elegatiss. est.
 Det Prelatus Deum hominibus in tempore vt
 Deus se illi det, in aternitate. Det pastor in tem-
 pore, ne illo caret in inferno. Det pastor in tem-
 pore, cuique oni: illud de deo insinuans, quod il-
 li sit pro tempore necessarium. Det in tempore,
 quando eo cibo anima idonea est.

Pr̄elat⁹ boni.
 Beatus ille seruus, quem inuenierit ita facientem.
 Non dixit, quem inuenierit, ita fecisse. Sed quid si
 bivult quod sequitur? Amen dico vobis. (ne sine
 iuramento res tāta dici videatur) super omnia bo-
 na sua constituet eum. Num pr̄edicator, qui prela-
 tus est, erit super omnes Angelorum ordines?
 Num in cōelo erunt prelati super omnes Marty-
 res? Num facient chorūm ipsi soli, sicut facit
 virgo beata? Quid est super omnia bona consti-
 tuet eum? Primò quidem in hac vita, dum pr̄e-
 latus bonus munere suo dignē fungitur, super
 omnia bona, id est, super omnia dona Dñi con-
 stituitur. Nā & Cerinthios laudat Paulus, quod
 in omnibus diuites facti essent: Nec illis quicquā
 deesset, in villa gratia. Et 1. ad Corint. 3. dicit: Si-
 ue mundus, siue vita, siue mors, siue pr̄esentia,
 siue futura: omnia vestra sunt, vos Christi, Chri-
 stus Dei. Sed speciatim Pr̄elati habent Deum,
 velut sibi obedientem. Sicut de Iosue dicitur:
 quod eo iubente, obediuit Dominus voci homi-

nis. habent item donum, (si necesse foret,) faciē-
 di miracula. habent donum prophetiz. datur eis
 potestas calcandi supra serpentes. habent igitur
 potestatem super totam naturam. Adeō ut super
 egros manus imponant: imo super egros eorum
 vmbra cadat, & sanentur. An non id est habere
 super omnia ius? Quid? In iudicio iudicabunt or-
 bem: super ipsum constituti. Dices id conuenit
 viris Apostolicis. fateor: Sed tales vult Christus
 suos esse p̄elatos. Demum, in gloria, super om-
 nia bona constituuntur. Ut sicut in terra status
 p̄elatorū est summus: ita & in cōelo. Nam si-
 cut eō ipso, quod Christus saluādi homines mu-
 gus accepit, meruit sibi locum super omnē prin-
 cipatum, & potestatem: ita & p̄elati, qui functio-
 nem saluādi homines habent, constituuntur su-
 per omnem principatum. Nec horreas vocē hāc,
 quod p̄elati habeant munus saluādi homines,
 Nam Apostolus 1. ad Corint. 9. dicit: Omnipotens
 omnia factus sum: ut omnes facerem saluos. Et
 ad Roman. II. dicitur si quomodo ad emulatio-
 nem prouocem carnem meam: Et saluos faciam
 aliquos ex illis. Hoc igitur munus generandi fi-
 lios Christo, nutriendi, & saluādi, nec Angelis
 datum, ideo super Angelos est. Et quid mirum
 si super omnia bona constituitur, qui de bonis
 suorum subiectorum, quos ipse saluauit, ita gau-
 det, vt de suis. Statum hęc p̄elatorū intellige, q
 Apostolicus est: licet quidam p̄elati Apostolici
 non sint. De statu igitur Apostolorū quę dixi-
 mus sunt intelligenda.

*Pr̄el.
malg.*
 Si seruus ille cōperit percutere conseruos: & bibat
 cum ebrios. Vbi nota, quod cum Pr̄elati mucro-
 niū alium non habeant, quo feriant: nisi excom-
 municationes, deberent illo gladio parcissimē
 ferire. Alioqui malus seruus dicitur, qui percutit
 conseruos. Secundò nota: quām sit damnatum
 in p̄elatis, conuiuiis & compotationibus indul-
 gere. Sanè peccatum in illis mortale est. Tertiò
 nota: partem cum infidelibus ponet: at infideles,
 nullum in morte remedium nouerunt. O mis-
 eros iniquos p̄elatos, quibus tantam Dominus
 pœnā minatur. Ut scilicet in morte ipsi sibi salu-
 tis remedium, velut infideles non requirant. Cur
 verò cum infidelibus malicollancantur p̄elati?
 Certè, quia qui domesticorum curam non ha-
 buerunt, sunt infidelibus deteriores.

2. Timo. 8.

CAP VT. XXV.

Tunc simile erit regnum.



RIMVM HOC STA-
 tuo: Parabolam hanc de iu-
 dicio extremo intelligi. ad-
 ducor ad id asseuerandum.
 Primò, quia hęc duo capita
 Christus voluit de hoc iu-
 dicio instituere. 2. Quia si
 de iudicio particulari esset
 mentio,

mentio, dixisset tex. Simile est regnum: at nō dicit, Simile est sed tunc simile erit. 3. Quia vslq; ad iudicium ultimum, non dormierunt omnes virgines. 4. Quia clamor mediæ noctis, & ianuæ clausura non aptantur nisi finali iudicio.

¶ 2. Et hoc statuo. Per virgines, solos hinc fideles intelligi: imò verò forsitan solos Christianos. hinc enim Dominus, more prophetis trito, loquutus est. Illi verò suam Iudeam virginem appellabat, vt Isa. 4. Reg. 19. Subsanauit te virgo filia Syon, & Isa. 47. Sede in puluere virgo filia Syon. Et Hiere. 18. Quis audiuit talia horribilia nimis: quę fecit virgo Israël, & c. 1. Rursum edificabo te, & edificaberis virgo Israël. Sic igitur Dominus suam Christianitatem: suos s. Christianos vocauit virgines. Idq; multis rationibus. Prior est, Virgo diciture ea vrbs quę nunquam expugnata est. At contra Christianitatem, non præualebunt portæ inferi. Impugnari potest, & ventis agitari: sed excitabitur qui in ea dormit Christus: ne naufragium patiatur. Altera est, quia cæterorum coniugium polluit fœminas. at amplexus Dei non conspurcat: sed sanctificat animam. Ideo Jerem. 3. dicitur. Tu fornicata es cum amatoribus multis: tamē reuertere ad me: voca me, pater meus: dux virginitatis meę tu es. Vt enim Deus est ipsa puritas. ita cui coniungitur, purum facit. vnde & meritò Zach. 9. dicitur. Quid pulchrum eius, nisi frumentum electorum, & vinum germinas virgines? Eucharistia enim vbi Christus est, & animę copulatur, virgines germinat. Igitur sicut monachorum professio dicitur hominum perfectoru, licet sint multi imperfecti. ita & Christiana professio, est professio mente virginum, nescientiu peccare: licet multi peccent. Dictum enim est, quod vbi semen Dei est, peccatum non est. Tertia ratio, quia cum omnis alia lex, immuditiam carnis pro mundicia teneat: sola vita Christiana est, quę carni frenum adhibuit: & in ipsis etiam coniugatis puritas est. Vt enim vnam agnoscit solū: rursusq; à coniunctione se segregat pīj, vt orationi vacent. Igitur si vitam Christianam sectis alijs conferas, virginem inuenies. reliquas videbis prostitutas. 4. Ratio, quia cœlum virginium est. Nihil enim inquinatum cō intrat, vt cōstuprate illud possit: ita & Ecclesia cœlū est, aut certè regnum cœlorum. ex se igitur ex virginibus est: Sicut & eadem Ecclesia regale sacerdotium est: ita & virgineum consortium. 5. Ratio. Deus cum te sibi seruum facit, hoc vnicum instituit, vt virginem te à peccatis habeat: vt procul te ab amplexibus dæmonis submoueat, Horsum sunt sacramenta Ecclesiæ instituta. Ephesio. 5. Horsum Christi sanguis effusus. Horsum & ipse mortuus est: vt videlicet mundaret sibi populum acceptabile, sine macula, sine ruga. Igitur, cum Christianum te profiteris, noueris te virginitatē mentis professum, & à te eam virginitatem Deum exigere: & quod omnia quę in

Ecclesia sunt, ad illam te invitant, & vrgent. Nec te tamen præterea: quod si virginem castā animam tuam exhibes Christo, exhibes sanè ad fœlix, & faustissimū matrimonium, fœliciss. nuptias: quibus tu possideas, quę illius sunt. Quis ad hęc non exclamat, & Dei munificentiam, & nostram stupiditatem. Cesaris vxoris o anima, quid Cesaris: imò Dei ipsius. Quod nam maius miraculum? 6. Ratio est: vt hac similitudine indicaret, tum ingenium, tā amorem, quem à nobis Dominus exposcat. Illum videlicet amorem, eam solicitudinem, & anxietatem, atq; desiderium, erga sponsum videndum, quem habet sponsa, pudica virgo: cum nobili regi desponsata est, & ille quotidie dicit se citò venturum.

¶ Requies forsitan cur Christianę animę dicantur. 10. virgines: nō verò. 20. aut quo quis numero: & quidem cū requireret Abraham à Deo minimum numerum fidelium, quorum gratia Sodomitis parceret. Responsum est, quod propter. 10. parceret. Christiani sunt planè, quorū gratia toti mundo parcitur. Alioqui totus mundus Deum ad iracundiam omnino prouocat. Deuter. 32. Hac igitur ratione sunt Christiani, illi. 10. Secundò: quia in Psalterio dicitur: Deo canēdum indecachordo Psalterio. & rursū. In Psalterio decachordarum. Cum igitur in sola vita Christiana Deo canatur: fit vt vita Christiana sit decachordum. & ita Christiani sunt. 10. 3. Habetur, Amos. c. 5. Vrbs de qua egrediebantur mille: Amos. 5. egredientur ex ea. 100. Et de qua egrediebantur. 100. Relinquentur in ea. 10. in domo Israël. Vrbs in qua magnus est dominus numerus, modulus est. Ex quo in Christianitate relinquuntur pauci, id est. 100. Ex quibus qui ad sanctimoniam vocantur (vt statim dicam) decem relinquuntur. ex quibus postea prēmio afficiendit tantū sunt. 5. vide hominum misericordiam. 4. Christiani sunt, qui ad denarium ēternę beatitudinis vocantur: si legimus in vinea foderint. Vocati igitur ad denarium, decem ex fine vocantur. 5. Christiani vocantur ad implendas ruinas, ex nouem angelorum choris: & ad constituendum chorum angelis superiorem (nam beata Virgo Chorum per se facit) vocantur igitur ad decem choros. Et ideò. 10. dicuntur. 6. Denarius est numerus perfectionis, id est, ultra quem non ascēditur. Nulla natio habet numerū ultra denariū: sed statim dicimus: ultra. 10. sunt. 10. & vnu, aut. 10. & duo. Intellige igitur professionē Christianā esse, ultra quam nihil aliud expectes. Lex nature expectabat legem veterem: hæc nouam: noua non habet ascensum, nisi in cœlum. Vnde Gregorii denariū, vocat, decada, quasi dechada, id est, continentem & suscipientem omnem numerū: ita Christianitas omnē numerū virtutum continet: quem Deus in baptismo, cuius Christiano infundit. Et nota hebreis esse vocem. ASAR, cuius litere mediæ, punctum capitale lēuum, significat decem: si verò ad dextram punctum ad das, signi-

Mathæ. 25. das, significat beatum & diuitem. Significatur igitur nihil interesse, inter Christianum & beatum, id est, inter. 10: & diuitias, seu gloriam: nisi solam collocationem in dextra agni, nam dexteri beatifunt.

Genesi. 49. O igitur Christiane, nunc ex de- narijs es: contendere curam tuam ad dextram re- uocare: ut beatus efficiaris. Nam vehementer torquet, quid sibi velit: quod hę virgines acce- runt lampadas suas? & quidem difficile est nos- se, quod nam vas sit: quod oleum: quod etiam lu- men: sunt enim hęc tria in lampade lucete. Ar- bitror vas esse, quemuis nostrum. Certè Iacob

cū moreretur dicit de Leui, & Symeo: quod es- sent vasa iniquitatis, id est, homines iniqui. Et cum Gedeō vas fractis vicit, significabat. quod cum quiuis seipsum frangit, & mortificat (si lu- men interius est) tunc vincit. Et planè cum ter- rena respicimus, os vas ad terram vertimus. At cum noscimus temporalium vilitatem, & cœlestia cupere incipimus, os vas ad supera reuo- camus. Sed interim oleum non est, neq; lumē. Oleum, nihil aliud est, quam viscera misericor- dię: opera pietatis in proximos. Si igitur per- fectus temporalium, meliora concupiscis, vas ad cœlum erectum est. Si piuses, & misericors ex animo, oleum vasi indidisti. Sed necdum lu- men est. Quod igitur est lumen hoc? num fides, num charitas in Deum? Ego arbitror es- se charitatem, & lucem quandam: quam Deus cui vult tribuit, cognitionem. s. viuam, effica- cem Dei, quam animus videt se, Deum, religio- nem, mundum, infernum, peccata: que non vide- rat prius, etiam si doctissimus, & sapientissimus esset. Dicit Apostolus cum Isa. Surge illumi- nare: surge à mortuis, & illuminabit te Chri- stus. O tu, qui tibi viuere videbaris: erige te, eri- gevias tuum, ut Deus te illuminet. Et. 2. ad cor.

2. Corin. 4. 4. Deus qui dixit de tenebris lumen splendesce- re: ipse illuxit in cordibus nostris: per quod clari- ssima redditia est sciētia Christi: habemus por- rò lumen hoc in nobis, vas fictilibus, (imō ve- rò vitreis, que ad cuiusvis tactum cōfringuntur.) Habes ne, o lector, nos esse vasa fictilia: sumus igitur lampadum vasa, in quibus lumen habe- mus non dico lumen fidei. habent enim & pec- catores habitum fidei. Solum mihi sermo est de luce, & claritate speciali, quam Dominus cōmunicat quibus vult. De qua claritate dicit A- postolus. Nos autem reuelata facie, gloriam Domini, velut in speculo recipientes: in eādem im- aginem, & eandem Christi gloriam transfor- mantur. At infideles, & hi qui pereunt, opertam

2. Cori. 4. 4. habent faciem. sic enim inquit Apostolus. Eu- gelium nostrum, in ijs qui pereunt opertum est. Qui verò vocati sunt ad pietatem, sicut Paulus, circum fulsi radio diuini splendoris, norūt, quod sit hoc lumen. De quo meritissimè Domi- nus dicebat. Vide ne lumen quod in te est, tene- brę sint, quasi dicat, vide ne te lumen habere pu- tes: nec habeas tamen.

¶Jam mecum expende: hoc lumen accensum, & quadam tenus viuum durasse, & in fatuis, & in prudētibus, vsq; ad clamorem sponsi, media no- ste venientis. Nam fatuę non dixerunt: accendi- te lampades nostras: sed date de oleo: quia lam- pades nostrę prop̄e extinguuntur. Tunc igitur viuę adhuc erant. Fit igitur, ut fatuas fatua- rum, non hęc fuerit, quod lumen haberent ex- tinctum: sed quia nō secum sumpserunt oleum: non in lápade, sed in lecytho, seu gutto. Prudē- tes vero, in guttoseruarunt oleum: quo lumen fo- uerent, si languere contingeret.

¶Ex qua consideratione multa notanda se of- ferunt. Primum est, accipiunt omnes virgines lampades suas. Igitur si vasa sumus nos, quiuis se accipit. Certè Dei sumus: sed ille relinquit nos in manu consilij nostri: & perinde permittit agere: ac si non sui, sed nostri iuris essemus. Alioquin modo tot regnaret peccata? 2. est. Li- cet nos nobis relinquat: ea tamen ratione reli- quit, ut lampades sumus, & luceamus: sicut lu- minaria in mundo, verbum vitæ continentes, ut **Philipp. 2.** Paulus dicit. 3. est. Nos nobis Deus donat, ut lá- pades sumus: & cum eis accensis examus ob- uiam sponsi. Tota igitur, viri Christiani vita est, expectatio venientis sponsi: & exitus qui- dam à se ad sponsum: imō exitus est ab hoc mū- do, ab hac vita ad cœlestem patriam. Est igitur vir Christianus Anna illa, Tobie iunioris mater: **Tobiz. 11.** quouidie ad montes pergés, expectas si veniret filius, in quo vno illa dicebat, se omnia habere. **Tobiz. 10.** Ia igitur quotidie exhibat, & nos debemus quo- **Lucz. 12.** tidie expectare: dicit enim nos similes homini- bus expectantibus Dominum suum. 4. Misericordia nostra est que nos dormire facit, & negligere, ex quo tardat Dominus: itaq; nemo est, qui non dormitet, & aliquando dormiat. ab ea s. instan- tia, & feroore, quam prius incepit, declinans.

¶Hactenus hęc omnia conueniunt virginibus, id est, Christianis, qui prop̄e diem iudicierunt, & nobis etiam, qui longe ab eo esse videmur. re- liqua ijs solūm conueniunt, quos dies ille vlti- mus viuos inueniet. Ex quibus, cum alij p̄futuri sint, & misericordiae cultores: reliqui, quā- quis à Deo vocati & illuminati: operum p̄itorum erunt desertores: prudentes illi, fatuæ hi, erunt virgines. Reperiuntur ergo & hi, & illi in vlti- mo orbis die. Repente omnibus obscuratur sol: amittit suum lumen: cadunt stelle, media nox fit. En tibi Christi crux, omnia illuminas. Intelligunt omnes sponsum venire, excitantur à torpore, & negligentia priori. Intelligunt se sta- tim iudicandos. Quius conscientiam suā excu- tit. Pij memores sunt operū suorū, quibus pa- verunt inopes, quibus vestiesunt nudos & cæt. His operibus velut refocillatur, confidūt, lumen illud (quod prius acceperant) quo Deū agnos- cebant, velut fomento adhibito, exhilarant. At cōtrà, qui hęc neglexerunt opera, cum se lumen videant accepisse, nec tamen pia opera fecisse, grauissimè

grauissimè dolent: eò potissimum, quia lumen
habent, sed propè extinctum habent. Accurrunt
ad pios reliquos, (erunt enim oēs tunc simul cō-
misi: egressi videlicet ad crucis spectaculum.)
petunt ut orient pro eis sponsum venientem. illi
vix responsum dare volunt. Id tamen dicunt.
Quid à nobis nunc ista queritis? Non sat tem-
poris habemus, ut pro nobis oremus, ut nos spō-
so, imò & iudici venienti apparemus. Properate
ad prēlatos Ecclesiæ, ad confessores: illi exhibēt
gratiam Dei, suamq; p hominibus intercessio-
nem. Festinat miseri ad prēlatos sicubi inueniāt:
ad Cōfessores: hos dum querunt, ecce exit spō-
sus (antequem ignis omnia consumēs) quo pū-
cto moriuntur illi, & hi. Resurgunt illi, & hi.
Optant fatui, ad Dominū ire. Dicunt enim Do-
mine quando te vidimus esurientē? Ut ergo iu-
dicem dicunt Dominum: ita & ab eo admitti cu-
piūt, sed frustra. hēc videtur germana huius pa-
rabolę intelligentia quia nihil torquet in ea, ni-
hil absurdī concedit, sed planè omnia declarat.
¶ Dices. Quid igitur ad nos (si hēc parabola dē
his qui proximi iudicio erunt) est intelligenda?
Respondet Dñs, Vigilate, nescitis enim an vos
futuri sitis illi, quos extrema mūdi dies reperiet.
¶ Igitur tria tēpora distingue. 1. ante diē terum
extremum. 2. est, extremus ille dies. 3. est post
aduentum iudicis: post raptos in aēra pios: post
eos, ad gloriam & corporum, & animarum ad-
missos: dum tamen in aēre sunt cum iudice. In
primo tempore accipiunt oēs virgines lampades
suas, exēunt obuiam, dormiunt. In 2. tem-
pore clamor sponsi venientis fit. id est, obscura-
tur sol, apparet crux, angūtur excitatæ virgines,
parant se orationibus: sed maximè operibus an-
te factis: petunt fatuę oleum, mittuntur ad Cō-
fessarios, illę eunt, & fortasse ibunt daturę ele-
mosinas. (vt Chrysostomus anotauit.) In 3. Tē-
pore venit sponsus, rapiuntur in aēra pij, clau-
ditur ingressus impijs. Clamat isti, Aperi no-
bis. At sponso nesciuntur. Distingue igitur tem-
pora: & intelligētia sana, & plana patebit toti pa-
rabolę. **Redeamus** nunc, vtracemationem fa-
ciamus, ex vberē hac vinea: eò prēlertim, quia
que in die iudicij cōtingent, similia ijs sunt, que
in cuiusuis morte accidere solent. **¶** 1. Simile
est regnum cœlorum. 10. virginibus: igitur re-
gnum Christianorum est regnum virginum, id
est, eorum in quibus est castitas, pudor, pulchri-
tudo. Eorum etiam qui ab oculis multorum, à
frequentia & publico abstinent. Eorum demū
qui ita pudorem zelantur, ac si diues esset the-
saurus. Et planè regnum Christianorum, regnū
cœlorum est: At in cœlis sunt sicut angeli Dei:
ita Christiani in terra sunt (aut esse debent) vir-
gines in omnibus, sicut angeli Dei. Quod si nu-
berendum est: sit thorius immaculatus
¶ 2. Porro Christiani nunc dicuntur. 10. quia
sicut denarius oēs numeros claudit: ita & Chri-
stiana Ecclesia omnes etiam claudit, professio-

quidem virgines, licet re vera habeant animas
adulteras. O igitur, si Ecclesia nunc, tantū cō-
tineret bonos: non item malos. Os̄i non esset
sagena ex omni genere piscium. O si campus nō
esset, in quo sunt tribuli, spinæ, & lapides. Mathæ. 13.

¶ 3. **Quæ accipientes lampades.** Igitur tempus illud,
noctis tempus erat: alioqui non fuisset necesse
accipere lampades, ut occurrenter sponso.
Tempus ergo vitę nostrę noctis tempus est, &
tenebrarum. Dies est, si tempus gratię, tempori
legis conferas. At nox est, si idem gratię tempus,
eternitatē beatitudinis compares. Si igitur nox
est, sumenda tibi est lampas, quā videas: alioqui
in via hac multa sunt prēcipitia, tibi sumopere
cauenda. **¶** 4. Iam si virgines hē acceperunt lam-
pades & exierunt obuiam sponso: igitur è pec-
catis suis exierunt: id enim est, exierunt obuiā.
Planè cum Deus per gratiā suam illuminat pec-
catorem: ideo illuminat, ut exeat à peccatis,
exeat à se, exeat à mundo, exeat ab omni creatu-
ra, & soli sponso se iungat. O mirabilem, illumi-
nationis lampadisq; virtutem ardentis: ideo il-
luminat, ut reliqua videantur obscura: videan-
tur plena periculis: videantur noxia, aut certè
indigna queramentur: solus verò Christus sit in
quem totum, & oculi, & cor sint cōiscienda. Vis
igitur videre si illuminaris: vide si te lumen agit,
mouet, & vrget: ut soli sponso occurras, iun-
garis, & vniaris. **¶** 5. Ex qua aduersione intel-
ligis parabolā hāc non de his intelligi, qui sem-
per in peccato mortali iacerunt: qui nunquam spon-
si, aut desponsationis cum anima, sensum exper-
ti sunt. Quo terror grandis incutitur: videmus
enim horū vocatorū, & illuminatorū tan-
tam perijssē multitudinem. Quinq; enim perie-
runt ex. 10. Quād igitur sancte Paulus ad He- Hebræ. 13.
breos scribit, ut licet illuminati fuerint, ne col-
lectionem suam deserant, vtq; patiētiam habeāt.
¶ 6. Porro cum dicitur, exierunt obuiam spon-
so, docemur in quo consistat vita Christiana. Vi-
delicet: si exeamus occurrentes sponso. Quod
Apostolus ad Hebræ. 13. docuit. Extra portam
Christus passus est. Exeamus igitur ad illum,
extra castra: impropterum eius portantes: non
enim habemus hīc ciuitatem manentē, sed futu-
inquir. Per ipsum ergo offeramus hostiam lau-
dis semper Deo. Beneficentię autem, & cōmu-
nicationis nolite obliuisci. Quibus verbis to-
tius parabolę sensum complexus est, nam cum
dixit. Exeamus ad eum extra castra: notauit
exeundum nobis, ab vniuersis quæ videntur:
conijciendosq; esse oculos in solum sponsum.
Cum verò dicit, Impropterum eius portantes:
castigationem carnis nostrę indicat, quod para-
bola in verbo, virgines, docet. Porro cum ad-
dit offeramus hostiam laudis, accensam lampa-
dem coram Deo semper esse voluit. Demum cū
adijcit. Nolite obliuisci beneficentię, oleum vo-
luit recondi in gutto. Age igitur, Christus exi- Ioān. 5. 16.
x ij uit

uit à patre, & venit in mundum : postea reliquit mundum, & rediit ad patrem : tu igitur relinque mundum, & cito ubi est Christus, in gloria Dei sedens. exiuit ipse seminator. vt se in te seminaret : exi tu à te. vt te in illo semines. Exiuit ille, vt generetur à virgine, tu exi à te : vt ille gignatur in te. Demum examus à mundo, quæ retro sunt obliuiscentes, & ad anteriora, id est, ad Christum respicientes. Examus à terra nostra, inquirentes eternam patriam, sicut maiores nostri exierunt, querentes eternam hereditatem, à longe eam aspicientes & salutantes. ¶ 7. Exierunt igitur virginis obuiam sponso, cum accensis lampadibus. Si tam fuissent fœlices : vt tunc clamor factus esset, & spousus venisset. Intrassent omnes ad nuptias: quia omnes paratæ erat. O si omnes ij qui, à Domino vocantur, per intimam illuminacionem, tunc vocarentur, per animæ è carne exitū: multò essent plures in cœlo. At distulit Dominus venire, cum omnes illæ paratæ erant, expetauerit vñq; ad tempus, quo oleum deficeret in lampadibus fatuarum. Vbi igitur sunt fatui dicentes, eo tempore quemq; mori, cum ad cœlū est parator: imò verò aliquando vocatur cum non est adeò paratus: vt ex hoc loco manifestè conuincitur. ¶ 8. Quin erant prudentes. Id est, pars dimidia vocatorum, illuminatorum: eoru qui exierunt, fuit prudens. Sicut. c. superiori dictum est, quod è duobus in agro, alter eligitur, prudens. s. alter relinquitur, videlicet fatuus. & ex duabus molentibus, &c. Hoc verò numero quinario delectatus est Dominus nam. 5. milia pauit in deserto. Et. 5. panibus pauit. Et. 5. ploras habet in corpore. Et deniq;. 50. die infundit paracletum, &c. 50. anno olim erat magnus Iobelus Leuit. 25. Et Num. 36. Rectè igitur. 5. sunt prudentes, quæ Iobilici remissionem asservantur. quæ panibus. 5. satiantur: quæ plagi Christi sanantur. Porro. 5. fatuæ sunt, quia contra malū, bonum est. Sie contra vitam: mors. sic cōtra iustum: peccator. duo contra duo, & vnum cōtra vnum: vt habetur Eccli. 33. Ut non solum sanctitas haberet aduersarios, eos qui peccatores sunt: sed etiam ipsos illuminatos: ipsos exēutes obuiam: ipsas animas despontatas. O Rex éterne, & quis saluus erit? ¶ 9. Prudentes sumperant oleum. Intelligis, hac vna ratione prudētes fuisse, quia sumperunt oleum: fatuas verò miseras: non quia male fuerunt: virginis enim fuerunt, lumen habuerunt, obuiam exierunt, sponsum inquisierunt: sed quia non sumperunt oleum in lecythis suis. & reuera, si lampades sumebant: si ad expectandum sumebant: necessario oleum sumere debuissent. At quia oleum non dabatur gratis, sed vendebatur: in fœlices virginis forsitanum amore, & avaricia, oleum non emerunt. Porro ipsum est hoc loco, recondere oleum in vas, quod est: peregrinaturo recondere numeros in sacculo. Dicitur enim eleemosinaviri, quasi facculus cum ipso. Ac si diceret,

quasi oleum in lecytho: quod manifestius est ex sequentibus. Dicit enim textus, cōclude eleemosinam in corde pauperis: & hæc pro te exorabit ab omni malo. habes quod sit oleum, & quod sit vas ubi recondatur. Est enim cor pauperis in quo eleemosina recondatur. Neq; verò terreatris, non inueniens, quam eleemosinam in cor pauperis eroges: cum ipse sis pauper: minimè terreatris. Si illuminatus es, si membrū Christi factus es, datum tibi aliquod donum est, & ad utilitatem (inquit Paulus.) Datum est tibi aliquod talentum iuxta tuam virtutem. Id si exercueris, in cōmodum eorum qui tuo ministerio indigent, planè oleum seruasti in lecytho, recōdisti eleemosinam in corde pauperis.

¶ 10. Moram faciente sponso. Igitur licet reuera Christus inopinatò veniet, moram autem facturus est. quod si moram facturus est, non breuienturus est. Dices, quid igitur tantopere Dominus minatur aduentum suum, dicens: Vigilate, quia qua hora, & cęt. Respondeo, id certè est, quia cuiq; mors sua, suum iudicium est.

¶ 11. Dormierunt omnes. Non videtur id intelligi posse de morte corporali. Siquidem post mortem, non sibi alloquuntur virginis. nec fatuæ pentent oleum, nec prudentes remittent ad venditores: qui iam non sunt. Videtur igitur dormitatio illa, tempor, & negligentiola in cultu Domini. Dormitio verò, aut peccatum mortale est, aut integra negligētia, & obliuio rerum diuinorum. Quod si ita est: miserum est hominem esse. Si enim omnes qui Deo seruiunt, dormitant, & dormiunt: magna est humana fragilitas: quæ etiam illuminatos ad negligētiam inflectit. Rectè igitur clamat Psaltes. Cum defecerit virtus mea ne derelinquas me. & grauiter ille dicit. Psalm. 70. quis est homo qui non peccet?

¶ 12. Media nocte, cum dormiunt illæ, clamor fit. At hic clamor prudentibus valuit ad gloriam: fatuis ad miseriam. Unicus est clamor. hic omnes excitat, hic omnes facit ornare lampades. Sed hec omnia fatuus ad damnationem profecerunt. Primū igitur si semper peccator fuisti: cū mors tibi imminet, aut non excitaris: aut si excitaris, non est tibi tempus ornādi lampadem: aut enim subito moreris, aut sine Dei memoria moreris. Porro si à Deo illuminatus fuisti, & exiisti è mundo obuiam sponso: non moreris nisi excitatus, nisi dato spacio lampadem exornandi. Habent igitur hoc priuilegium virginis, quæ exierunt obuiam sponso: ne moriantur sine clamore: nisi excitatæ: nisi dato pœnitendi spacio. Sed mirabilis res, dato spacio excitatæ: quia caruerunt oleo, pereunt miseræ virginis. Non igitur valet quod tempore mortis paras lampadē, quod excitaris: nisi oleum pietatis tibi recondenteris. Orem omnium auribus inclamādam! Quid igitur adeò fidis in pœnitentia, quæ morti vicina est?

¶ 13. Date nobis de oleo vestro. Cur non accubabant illæ miseræ, ad sponsum venientem: cur non propera-

Eccli. 24.

1. Cori. 12.

Mathæ. 25.

Eccles. 7.

Eccli. 17.

prop̄erabant emere, ante quam sponsus veniret: cur non rapiebant à prudentibus? vel certe cur non etiam sine lampadib⁹ ibant obuiam sponso: si sine proprio lumine, at certe ad lumen alienum, prudentium. s. virginum! Ego non dubito, quin si miselle virgines ad sponsum clamassent, ad eius opem confugissent, misericordiam inuenissent. Sed prior negligentia parit eo tempore confusionem: parit de Christo desperationem. Clament igitur hoc in auribus omnium eorum, qui proximi morti sunt: ne coniecture oculos in oleum, quod vobis deest: in illum coniecture qui Ioannis 1. verè lumen est inextinguibile in illū, qui oleum Psalm. 44. habet exultationis. Omnis enim qui inuocauerit nomen Domini saluus erit. Sed quid admoneo: ipsa temporis angustia, ipsa luminis extincio, ipsa olei defectio, ad Christum attollere oculos non sinit. ¶ Porrò prudentes virgines (licet dormitarint & dormierint: pari. s. cum fatuis negligentia). At opera pietatis habuisse, (quibus illud lumen suum, id est, Dei cognitionem foueant, & exhilarant) illud vnicum eas facit quiescere, & securè spōsum expectare. O quā vere dictum est, Beati misericordes, quoniā ipsi misericordiam consequentur. Et eleemosina ab omni peccato, & à morte liberat: & non patietur animam in tenebras ire. & rursus eleemosina purgat peccata: & facit vitam inuenire ēternā. & ignem ardente extinguit aqua: ita & eleemosina resistit peccatis Eccli. 3. & demū, Deus prospector est eius, qui reddit gratiam. eius meminit in posterum. Et in tempore casus inueniet firmamentum. quo priuilegio nescio quod sit maius. Certe intelligis: quod etiam si cadas, surges inuento firmamento: eleemosinę. s. quam fecisti. Hoc summum est eleemosinę priuilegiū. At si intelligas quod cum casui proximus es, eleemosina facta firmat, ne cadas: is sensus parabolę nostrę quadrabit: in qua virgines fatuecadunt, quia non inuenerunt oleum misericordię, quod eas sursum eueheret sed aquam negligētię que eas suffocaret. At prudentes licet aquis negligentię obrutę, per oleū tamen sursum elatę sunt. vt iam intelligas illud: Facite vobis amicos de mamona iniquitatis: vt cum defeceritis recipiant vos in ēterna tabernacula. Igitur si fecisti tibi amicum Deum, & pauperes, datis eleemosinis (licet aliquando deficias) recipieris tamen cum prudentibus virginibus. Quia vt inquit Paulus, Beneficiæ & cōmunicationis no lite obliuisci; talibus enim hostiis promeretur Deus. Et demum: date eleemosinam, & ecce omnia vobis munda. ¶ Nec tamen intelligas Vide quæ eleemosinam eius qui in mortali est valere. Nō dixi Math. id dixi. Sed si eleemosinam dedisti, cum in grā. sup illo, tia eras, hæc orat pro te: vt etiam si aliquando, Beati misericordes, nō nihil labaris, exciteris: vt ornes lampadē, vt intres adnuptias cum sponso. Sed infelices virgines quia non sumperserunt oleum, vident lampades extinguiri. Certe sicut cupiditas facit erra-

re à fide, vt Paulus docet, ita facit extinguicognitionem Dei. At vbi cognitio Dei auferetur à dānatis, omnia dona gratuita simul ab eis auferentur. Nihilq; boni, sed omne malū in eis reliquum erit. Ut nihil illis solatio, sed omnia sint eis in tormentum. vt verè dictum sit, iudicium sine misericordia fiet ei, qui non fecit misericordiam. 1. Timo. 6.

¶ 14. Ne fortē noui sufficiat nobis & vobis. Potuit hinc sibi errandi antlam Lutherus arripere. Dicens, Merita sanctorum sibi, & non alijs potuisse prodesse. quia prudentes virgines non præbent fatuas de oleo suo. verum clare patet primum. quod merita sanctorum nulli valent, qui est in peccato mortali. 2. Etiā alijs non valent quātum ad meritum consequendi vitam ēternam: quam suis quisq; meritis, non verò alienis consequi potest, (meritis Christi exceptis.) At. 5. Merita sanctorum, & labores quos sufferunt, quādō illis superfluent ad culparum satisfactionem: quando videlicet patiuntur illi multi, peccant verò modica: tūc cōmunicare alijs possunt. Quod si non cōmunicarunt prudētes virgines, id ex humilitate fecerunt: cum crederent nihil sibi superesse satisfactionum, pro culpis proprijs: quod tribui posset ad satisfaciendum pro alienis. Ita igitur resplendet in sanctis misericordia, vt nunquam non se exerat humilitas: ita etiam resplendet misericordia, vt nūquam obscuretur prudentia. ¶ 15. Sed qui sunt illi vendentes, ad quos fatuas ire iubent: Sanè in Ecclesia. 4. sunt genera eorum, qui vendere videntur gratiam, & spiritualia auxilia. Primi sunt prelati: qui indulgentias vēdere, videri possunt: siquidem eas dāt ijs, qui numeros suos in aliquod opus pium erogant. Secundi, sunt sacerdotes Confessarij: qui cum carnalia nostra metant, spiritualia seminant. Administrant igitur gratiam sacramētorum, & Christi satisfactiones populo, qui eos alit. Tertij sunt, pauperes spiritu, quorum est regnum cœlorum. & cum sit suum, vendunt illis, qui in eos eleemosinas collocant. Nam ex Apostolo: cum sanctis pauperibus damus eleemosinam, nostra temporalium copia, eorum temporalet subleuat in opiam: & eorum spiritualis copia nostram subleuat spiritualem in opiam. Damus igitur illis vt nobis illi dent. Quarto loco est Deus qui vendit cœlum danti numum: vt Augustinus dixit, imō vt ipse Dominus dixit: dato eleemosinam, & habebis thesaurum in cœlis. Quinto loco, mali homines, qui pios persecuntur, licet cœlum non habeant, vendunt tamen ijs qui eorum persecutions patientur. siquidem tribulatio patientiam operatur, & patientia spem. Inter hos qui maximē vendunt, sunt tertio loco dicti: Ad hos & reliquos, prudentes fatuas remittunt. 1. Cori. 9. Math. 5. 2. Cori. 8. Math. 19. Roman. 5. ad dicitur. 1. Cori. 3. 1. Cori. 4.

¶ 16. Dum autem irent emere, venit sponsus. O infelices virgines, si vel tardulum expectasset Dominus, redissetis cum oleo empto, & lampades souissetis vestras. Nunc vero ante redditum ve-

strum: ante moram tam exiguam, clausa vobis ianua est: ut significaretur eo temporis spacio, non admodum valere opera quæ sunt: sed va- lorem habere, quæ facta fuerunt. Quis igitur non miretur Deum tunc esse velut furem, qui fa- tuas adortus est, quo illæ aberant tempore. Sed ne mirere: imò agnosce, quām iusta ratione Do- minus dum viuimus vigilare iubet: quia cum morimur sera pœnitentia est. nec pœnitentia tunc: licet mortis metus nos angat, amoris tamē Dei nullum tunc vestigium est.

¶ 17. Clauſa et ianua. Profecto clausa est ianua sponsi, aperta verò est iudicis. **¶ 18. Neſcio vos** Quia facies quam ille agnoscit, est exhilaranda in oleo, quo fatuæ carent. Nec enim Dominus per vocem agnoscit: nisi tangat manus & col- lum, vt Isaac fecit: & nisi lampadem accensam vi- deat, quam illæ afferebant extinctam.

Sicut enim homo.

Quid sit hominem patrē fami. peregrè profe- ctum, dixi supra c. 21. Rursum, quid ser- uum malum mitti in tenebras exteriores: dixi supra c. 22. Iam aduerte, maximum pondus, tū Græcis, tum Latinis fuisse talentum. Quod vo- cabulum Latini à Græcis mutuati sunt. Quo cō- stituto, duplex huius parabolæ obscuræ mihi declaratio succurrit. Prior hunc habet sco- pum: Nullum fore hominem Christianum, qui cœlo potiatur, si fratribus inutilis sit.

¶ 1. Agè igitur. Vocavit Christus seruos suos. Verè enim nos omnes eius serui sumus: & iure incarnationis: & creationis: ac demum redemptionis. Dictum enim est, Postula à me, & dabo tibi gen- tes hereditatem tuam, & po. tu. ter. terrę. Et rur- sum: Ecce ego & pueri mei, quos dedit mihi De- us. Si igitur serui eius sumus: seruus verò nō si- bi, sed domino querit: fit vt iure merito Chri- stus à nobis exigat: vt datis talētis negotiemur: vt eius sint vſuræ, cuius sunt talenta, & nos etiā. Ne ergo conqueraris, quod Christus te nego- tiari, & lucro incumbere iubet. Si enim liber es- ses, aut otio indulgeres, aut negotio tuo. At ser- uus es: alteri igitur labora. Sed bona spes, tua erunt & talenta & lucra, quæ Domini tui beni- ginitas est, ideò enim ait. **¶ 2. Tradidit illis bona sua.** Nullum siquidem bonum ille habuit, cuius nos non participes efficeret. Rex ille, sacerdos, Pater, pastor, Doctor, lux. Et reliqua: horū om- nium partem hominibus tribuit: vt nullam ille buccellā comedederet quin etiam ex ea, nos pau- peres comederemus. **Hic nota: Bona quintu- plicia esse.** s. bona externa: vt opes, honores, ami- ci. 2. sunt bona corporis, vt nobilitas, valetudo, decor. 3. sunt bona animi, vt virtus, scientia. Quæ omnia naturalia bona sunt. 4. sunt gratiæ gratis datæ, quæ recensentur à Paulo. 1. Cor. 12. 5. sunt gratia iustificās cum omnibus virtutibus infu- sis: quas Theologi infusas vocant. Hęc duo bo- norum genera, supernaturalia sunt.

¶ Ex his quinq; generibus bonorum tria priora, non adeò propriè dicuntur bona Christi: ipse. n. afferuit: Regnum suum, nō esse de hoc mundo. **¶ eccl. 28. Ioannis..** Quocirca, nec opes mundi, inter bona sua digna- tur, & pp̄terea pauper dicitur Christus, & inops. **Psalms. 87.** Propriè igitur talentorum nomine, non hic té- poralia bona significantur, licet ad prædicandū populo, nihil erit incōmodi sitalenti nomine ea nūcupentur. **¶ Iam quintum genus gratiarum,** non etiam dici talentum debet. Ut enim Theo- logi dicunt, gratia iustificās, cum virtutibus infu- sis, non datur in aliorū utilitatē: sed in illius so- lūm qui accipit, cōmodum. Poteris tamen vti no- mine talenti, etiam in his. **Propriè igitur talēto- rum nomen, ad 4. genus donorum & bonorum arctandum est.** Cum ergo audis vocasse Domi- num seruos suos. eisq; dedisse bona sua: facile intelligis, omnes seruos vocatos, omnibusq; ta- lentum aliquod datum. Nullus igitur est Chri- stianorum, qui nō talentum habeat. **Sicut nullus** est qui seruus non sit. Age igitur expende, quod accepisti, bonum est & Domini tui bonum est, & talentum est. Si domini bonum est, nō potest, non esse pretiosum. Dediçatur enim viri prin- cipes, vilia inter bona sua deputare. At si pretio- sum est, idemq; talentum: intelligis rem esse di- uitem & maximi pretij. **¶ 3. Vni dedit. 5. talēta.** Arbitror hos, quinq; talentis donatos, esse ecclē- sie Pontifices: cum enim ecclesia electorum sit ex. 5. virginibus prudentibus aggredata, necessa- rio fit: vt qui quinq; virginum (sua habētiū, ta- lenta) curā habeat, quinq; etiam habeat talēta. Nemo. n. regere talentum alienum potest, si idē ipse non habet. At dices, cum Ecclesia ex. 10. vir- ginibus constet, Cur non etiam dicentur ponti- fices. 10. habere talēta. Respōsio est, omnia fieri propter electos.. **¶ 4. Alij dedit. 2. talēta.** Hos credo esse seculares Ecclesiæ magistratus, hi. n. talētum vnum habēt, quia Christiani sunt: aliud rursum debēt habere talentū, vt gubernent. Ha- bētigunt duo talēta. Omnis potestas à Domino Roman. 13. Deo est, est igitur potestas talentū. Dices, si pre- sides seculares duo habēt talenta: alterum cōmu- ne sibi & alijs: alterū præsidentiæ: Cur non item prælati ecclesiæ dicentur. 10. habere talēta. 5. sibi & alijs cōmunia. **¶ 5. rursum, quibus præsiat?** Res- pondeo: Nō datur prælati talentum præsidendi, non quia nō verè superiores sint, sed quia non vult Dñs eos esse maiores: sed qui maior est iter- vos, sit sicut minor. Reges igitur gentiū dominā Math. 20. tur & potestatē exercēt: sed vos nō sic, reputate vos vt reliquos quibus præfecti estis. **¶ 5. Alij** verè vnum. Quo se gubernaret, quo sibi præficere Eodem. tur. **¶ His tribus generibus hominū tota Eccle- sia cōprehensa est, Pótificib⁹, magistratibus, sub- jectis.** **¶ 6. Vnicuiq; secundum propriam virtutem.** Nulla hīc métio de bonitate cuiq; ppria: sed de viribus, nulli enim talētū dedit, cui vires nō de- derit, ad eius talēti vsum. Vt. n. naturæ prouidē- tia hęc est: si cui dat formā, dat etiā instrumēta: quibus

Hebrei. 5. quibus ea forma suas functiones exequatur: ita eadē Dei prouidētia est: vt si cui dat talentū, det & vires, quibus talēti munus exequatur. Igitur, imprudenti viro, nō dat munus pontificium. Si verò imprudens, Episcopus efficitur: non propterea talentū pōtificium habet, nō enim vocatus est tanquā Aaron. Similiter nec elingui datur talentū p̄dicatoriū, quōd est sub pontificio munere clausum. ¶ 7. Profectus est statim. Ita enim se gerit Dominus cum his qui talentū accipiunt, ac si lōgissimè abesset: ita peccare finit: ita silet & tacet, ac si nō esset. At quod dicit, profectus est statim: si ad ascēsum in cōlū referatur, videbitur prius pfectus: prius ascēdisse in cōlū, & secum duxisse captiuitatē captiuā: quām derit dona hominib⁹. Quid igitur est, quōd dato talento statim proficiscitur: nisi quōd dato talento statim vult, vt exerceatur: & vt qui accepit ministret: nec requié det sibi vllam? Vide Paulū, vt accepit talētū, cōtinuō ingressum synagogas, & p̄dicantem Iesum. Vide Apostolos: vt acceperunt spiritū. s. cōtinuō p̄dicatēs. statim igitur proficiscitur: ne qui accepit, Domino p̄senti cupiēs adesse, talenti curam omittat. Sunt. n. qui accepta gratia, toti vellent cōtemplationis dulcedini intendere: & nullatenus à Christi p̄sentia dimoueri. Hi, intelligent Christum nolle vt assistat p̄sentiq Christi in Christo: sed Christo in Christianis aſſistant. ¶ 8. Abiit gitur, qui quinq; talenta & qui duo, & lucratifunt. At, qui vnum, defodit. Dices, igitur omnes p̄lati, & magistratus seruantur: & omnes populares & subiecti dānatur? Minimè id quidem: Nam iuxta Lucā ex his qui acceperunt singulas minas, alius fecit. 10. alijs verò. 5. Igitur multi ex his qui vnicam minam acceperunt, lucrati sunt. Sicut cōtra, multi ex p̄lati perdidērunt. Dices, Cur igitur hīc nulla deperdente P̄lato fit mentio: tota verò mentio est de non lucrante subiecto? Planē nī si hēc spes hīc daretur, nullus ex prudētibus viris esset, qui acceptaret pontificatū. rem tātopere & onerosam, & periculosam, & operosam. Ad ditur igitur illis calor: additur animus: spes illis promittitur, fore: vt si laborarint, qdant de fructu manuum suarū. Porro ne subiecti crederēt, nihil à se exigi, & ideò otio torperent, id circa multos hac ratione perire indicatur. Nec igitur omnes p̄lati pereunt, neq; omnes seruantur subiecti. Et. 2. monstratur, nō esse impossibile, si quis. 5. talenta acceperit: etiam. 5. talenta posse duplare: non esse impossibile: vt quis quinq; talentorum vñi sufficeret possit. Rursumq; ostendit faciliē esse, in vnius etiam talenti vñi, hominem posse dormire. 3. etiam monstratur: ex natura talentorum potius esse periculum torporis, & ocij: si vnicum, quām si plura talenta receperis. nam cum talenta nō sint res emortuq; sed viuæ: quę animam ad operandum excitat, & impellunt: minus te incitabit vnum, quām quinq; talenta. magis caleſces, si quinq; titionibus incē-

daris, quām si vnicco, difficiliusq; quinq; talenta defodies, quām vnum. 4. etiam non videbatur posse fieri, hominem quinq; aut duobus talētis ditatum, Domini sui curam, & obsequium neglige. non id ferebat tātarum diuitiarum in vnu seruum facta collatio. At facilius multō cui minus dimittitur, minus diligit: & ita cui minus do natur magis obliuiscitur. Fateor cui multum do natur, posse non etiam diligere. sed minus id donationis & donorū natura fert, aut ratio finit. 5. intelligunt facilius qui multis donati sunt, quā multum debeant: at, qui exiguo donantur, putant in suū, non in aliorum cōmodum fuisse donatum. 6. Intelligent maiores, si adeò dura ratio ponitur, cum eo qui non duplauit, quōd vnicū acceperat: quanto durior cum eis, qui non duplauerant quinq;? Rursum intelligent minores: si fieri potest, vt quinq; duplicantur, quanta erit culpa vnum non duplascisse? Nota verò nō requiri, aut plus, aut minus: quām vt talentum donatum duplices. videlicet, vt tecum alium (vel vnum) in cōlū adduecas: à Pontifice requiritur vt. 5. i. Vt omnes electos in cōlū adducat: à Magistratu, vt contendat & ipse quosdā in cōlū adducere. Certè si re ipsa adducere nequuerit: orationibus, exemplo, & quibus id viribus possit, contendat. Nam in textu conqueritur Dominus, quōd talentum non exposuerit: non queritur, quōd lucratus non sit. Videtur. n. sub intelligi, nullum exponere talentum suum, quin aliquid lucretur. ¶ Defodit ille talentum in terram, quia conuersatio piorum in cōlis est. Ibi thesaurizant thesauros suos. At tota seculū & terrenorum conuersatio, intentio, co- natus, & prudentia in terra consistit, in terra. n. scribuntur impij, ciues sunt terre, terre habitatores. Hi ergo talentum cum magna talenti iniuria, in terram defodiunt: illi negotiantur. Hi veritatem Dei, in iustitia detinent, & ligant: illi currunt, ad anteriora ad ēterne. s. vocationis brā uium. ¶ Patet igitur, quid sit defodere talentū: est enim detinere talenti vim in iniquitate, qui enim iniquus est, lapidem plumbi super talenti energiam imposuit. Talentum ignis est, semen est, ebulliens aqua est, & saliens in vitam ēternā: sed nostra iniquitate, tum etiam & curis huius seculi obruitur, ne proferat, & exerat vires suas. O rem indignam: Spiritus sancti vires & efficaciam, terrae viribus, imō dēmonis, & inferni, reprimi, & in imum detrudi. Palestini ebullientes aquarum puteos, terra obsepiūt. Phatao contēdit, vt Israēlitę terram defodian, facturi lateres Eozodiū quibus talentum opprimatur. Et si aduertere libet, inuenies eos omnes qui secularibus rebus inhiant, nihil aliud facere quām ligone cogitationis, & operationis terram effodere: vt aurum, vt honores, vt delitias, sibi comparent. Terram ergo ē terra eruūt: cumq; ipsi in eam quām fecerunt foueam descēdant, necesse est, vt secum talentum abducant: cumq; se in terram sepeliant, Psalm. 7. x. iiiij talentum

talentum etiam sepeliunt. ¶ 9. Post multum
verò temporis (erit enim grande interstitium ab
ascensione ad iudicium,) venit Dominus & posuit
rationem. habet Dominus librum in quo scribat
cuncta, quę largitur hominibus: habet memoriam
tenaciss. quā nullius dati obliuiscatur. Et quā ra-
tione talenti in aliorum vtilitatem concessi ra-
tionem exiget: pari & omnium talētorū, in pro-
priam vtilitatem acceptorū rationē ponet. Esti-
mat ille sua dona nimis: largitur & multa nimis:

Psalm. 142. nos eorū nimis obliuiscimur. Quis verò intrare

2 Reg. 6. cum illo in iudicium poterit? quis ante illum iu-
stificabitur? quis poterit stare in conspectu Dei
sancti huius?

Mathæ. 18. O quām verè dictum est, oblatus
est illi qui decem millia talenta debebat. Nos tā-
tum debemus: ille tantum exiget, quis iustifica-
bitur?

Numer. 14. Accedit qui quinque accepit, & quiduo,
& offerunt duplum. at qui vnum, non offert lu-
crum. Excitor ad huius loci explicationem, ex
historia Iudeorum, qui ab Aegypto egressi sunt:
equibus soli Iosue & Caleb ingrediuntur in ter-
ram promissam, reliquis omnibus in deserto pro-
stratis. Planè Caleb canem significat, canis verò
predicatores figurat, qui gregem à lupis custo-
diunt. Iosue dux ille inclitus, principum secu-
larium locū gerit. Predicatores igitur & magi-
stratus cœlum intrant, reliqui prostrantur. Vi-
des igitur, qui. 5. & qui duo talenta acceperunt
seruatos: qui verò vnum prostratos. Sed nota,

Ioān. 3. sicut nemo ascendit in cœlum, nisi Christus qui
descendit de cœlo (nam qui intrant reliqui, in
Christo intrante intrant,) ita & nemo inferio-
rum intrat in cœlum, nisi superiores: qui de cœ.
lo, (id est, coelesti conuersatione) descendunt.
Nam qui ex inferioribus cœlum intrant, in hu-
meris superiorum intrantium intrant. Intrat igi-
tur, qui vnum talentum accipiunt, sed non soli
intrant, sed in superioribus: vt agnoscas quā re-
quirat Dominus charitatem, & obedientiam in-
feriorum ad superiores. ¶ 11. Illud super multa
te constituam explicatum mihi est in fine cap. su-
perioris, cum enarrabam locū illum. Super om-
nia bona sua constituet eum. Quod verò sequi-
tur. Intra in gaudium Domini tui, videtur mihi
eum habere sensum: tanta est dignitas, tatus est
honor, filios dispersos in vnum adducere, filios

Ioān. 10. qui perierat seruare, pro ouibus animam pone-
re, ouibusq; vitam eternam largiri: vt eius digni-
tatis Christus factus amator, & carnem assu-
meret, & vitam pro ea comparanda, facile expon-
eret atq; comparata, dicit: Congratulamini mihi,
quia inueni ouē, quę mihi perierat, drachmā
quā amiserā. Ut igitur letatur Dominus in ope-
ribus suis corporalibus: ita & Christus in spiritua-
libus. Nullū gaudiū huic gaudio est par. In hoc

Psalm. 103. gaudiū Pōtifax & magistratus iubetur intrare.
Post quā. n. gaudet seruus in visiōe Dñi sui, iube-
tur etiam gaudere de dignitate Dñi sui, vt sicut
fuit in labore particeps, sit etiā in fructu laboris.
¶ 12. Iā accedit miser ille, qui vnum accepit di-

cés. Scio quia durus es. Quodex D. Bernardo hūs
habet sensum. Sciebā quod exactissimè coli ve-
lis. Sciebā, quod nullū peccatū nec mortale, nec
veniale, nec verbū etiā ociosum pateris: homi
nē terrenū totū vis esse cœlestē: durus es, nō sum
ausus aratrū tecū ducere, nō sum ausus vitā spi-
ritualē, adeò difficultē inchoare. Tu metis & nō
seminas: metis tibi gaudiū & gloriā, ex hominū
spiritualiū obsequijs: at nec gaudiū illis das, nec
gloriā dum viuunt. Demū congregas quod non
sparsisti: dū viri pij viuūt, tu ipse excitas impios,
qui eos psequātur. cumq; nō spargas amōrē in-
ter homines: vis vt pij amore cū persequentibus
iungātur, vt ita oēs in cœlo à te congregentur.

Hoc tuū est ingeniu, hęc consuetudo. vis māda-
ta tua custodiri nimis. Nunquā vel hædū seruis
tuis præbes, vt cum suis amicis epulentur. Percu-
tiēti in vnā maxillā, alterā iubes obuersti, res du-
ra est cultus tuus, deterruit me. Id quod facilius
videbatur peregi, nemine lēsi: nō me cōspurcaui,
in gravioribus peccatis. Habes igitur quod tuū
est integrū, & impollutū. Quis. n. optasset esse iu-
deus, tēpore Pharaonis, quē tu ipse excitasti, ad-
uersus cultores tuos, quis optasset esse Christia-
nus, cū nascebatur Ecclesia, siquidē tu permitte-
bas totū orbē illis aduersari?

¶ 13. Hinc lector ha-
bes, n̄ serū hūc illesum & purū obtulisse talētū:
sicut & infelices virgines se puras seruauerunt,
at nihil illis profecit. forsitan facilius tulisset Dñs
cōspurcati talentū in vsu: sordidari etiā virgines
oleo, quam aut oleo caruisse, aut vsu talenti.

¶ 14. De ore tuo te iudico, reuera nemo dānabitur,
qui se iniuite dānatū videat. adeò. n. conspicua-
erat dānatis iustitia, vt & ipse dānatus iustē se dā-
natū iudicet. Oportuit: igitur tecōmijisse pecuniam
meam numularijs. Numularius est Christianorū
qui uis: in q; quicūq; verbum Dei audit: sed iij pre-
cipue numularijs sunt. qui audituri predicationes
in Ecclesiā conueniunt: & qui audiunt, vt profi-
cient. Certè D. Basilius habet: se Alexandriæ
vidisse homines, paratos recipere nummos, in mé-
sa, ab eo, qui dare volebat. hac lege: vt datori, cer-
tum fœnus vltra sortem largirētur. Hi numula-
rij erant. Iam ergo oportet, quemuis Christianū
ita se gerere, vt verbo, aut exemplo: autoratio-
ne, vitam Christianā alijs exhibeat. Illi verò qui-
bus exhibuerit numularijs sunt: velint, nolint. re-
cipiunt enim Christianismum, recipiunt Chri-
stum predicatum, vt sibi habeant, in vsumq; suū
conuertant: tum verò vltra vsum, in alios eun-
dem Christum effundat. Et hoc est reddere fœ-
nus vltra sortem. Non est ergo lēuiculum ver-
bum Dei audire, aut exēplū Christianitatis cō-
spicere. Reddenda huius rei exacta ratio erit.

¶ 15. Sed te precor attende, si audis predicatū Chri-
stū, hic predicatus Christus, Dñi pecunia est. Si
fuscipis in te Christum, & in te fotmas Christū,
reddis Christū Christo cū fœnore: quia cū Chri-
stū nudū acceperis: teq; ipsum Christū quadāte-
nus effeceris, reddis Christo Christū, nō nudū ve-
acce-

Lucas. 9.

Serena. 8.

Psalm. 104.

Mathæ. 5.

psalm. 118.

Lucas. 15.

Mathæ. 5.

Exodi. 1.

Mathæ. 23.

Mathæ. 23.

Basilij.